






Die koptische Litteratur. (Excerpt aus Schwartze, koptische Grammatik. ed. Steinthal)

Antonius, um d. III sec. [illegible] Bischof Athanasius u. Theodor [illegible] – [illegible] Bibel übersetzt, denn er ist damit vollkommen vertraut.

Namen: ΠΚΗΜΕ. B. ΚΗΜΙ. M. ΧΗΜΙ. [illegible] M. ΡΕΜΝΧΗΜΙ S. ΡΕΜΝΚΗΜΕ.
Spr. M. ΑCΠΙ ΝΧΗΜΙ Th. ΑCΠΕ ΝΚΗΜΕ, und einmal in einem jüngeren
Sah. Ms. ΜΝΤΚΥΠΤΙΑΝΟΝ.

[illegible] MSS [illegible] kopt. [illegible]

Dialekte. Nach d. gramm. des Athanasius, Bischof v. Kus (II sec) in 3 Dial. getheilt, [illegible] Sahid (Oberland, [illegible]) u. Bahirah, unterägypt. u. d. Baschmur [illegible] Delta. [illegible] Peyron hat dem Sahid. den Vorzug gegeben.

Kopt. [illegible] Grammatiken, [illegible] 17 u. 18 sec.

Inhalt u. Umfang der kopt. Litteratur. [illegible] A. u. N. T. [illegible] apokryphischen [illegible] MSS [illegible] grammatisch [illegible] Wörterbücher

Entdeckung der koptischen Sprache.

[illegible] Peiresc [illegible] Salmasius.
Pietro della Valle [illegible]
Ath. Kircher [illegible] (Prodromus Aegyptiacus Rom. 1636 u. lingua aegyptiaca restituta Rom. 1643.)
Theodor Petraeus, [illegible] Aegypten [illegible] MSS, nach s. Tode in Besitz der kl. Bibliothek zu Berlin.
Huntington brachte MSS mit [illegible] (Oxford) Marshall [illegible] N. T. [illegible] d. 3 ersten Kapp. v. Matth.
[illegible] Bonjour [illegible] exercitatio in monumenta Coptica s. Aegyptiaca bibliothecae Vaticanae. Romae 1699.
Clemens XI sandte 1715 den Maroniten Assemani n. Aegypten. [illegible] Louis Picques [illegible] Vansleb nach Paris gebr. MSS [illegible] David Wilkins [illegible] 1716 zu Oxford [illegible] N. T., [illegible]
[illegible] La Croze [illegible] Jablonski.
La Croze Bibliothekar d. kön. berl. – Lexicon. – [illegible] Jablonski.
– Raphael Tuki, titular Bischof v. Arsinoë – La Croze – Scholtz
Woide – Tromler; Valperga (Didymus Taurinensis) Georgi.
Mingarelli – Zoëga. Quatremère, Rossi.

Peyresc. MSS Saumaise.
Casaub. u. Salmasius

{ Pietro della Valle Äg. MSS. K.B.L.
{ Ath. Kircher — Gram.

Th. Petraeus. Äg. MSS.

{ Huntington Äg. MSS. Oxford. Bodl. Lib.
{ Marshall

Bonjour

Assemanni (Clemens XI)

Blumberg (Vorläufer) Gram..

Virguer

Wilkins

Lacroze

Jablonski

Schmidt

Raph. Tuki Gram.

Al. Assemanni

Scholz Gram.

~~Jabl~~ Woide

Tromler Litt.

Georgi (Cardinal Borgia) Litt. u. fragg. ev. Joann.

Mingarelli (Tab. fragg. Venetiis)

Zoëga

Lepsius Zeitschrift

Quatremère Litter. u. Dan. u. 12 proph. minores.

Engelbreth Baschm.

Rossi etym. Aegyp.

Champollion (Aegypt. s. l. ph.)

Heinrich Tattam.

Am. Peyron

Ed. Dulaurier

R. Lepsius

Schaler Äg.

H. Rosellini (Gram.

Leemans Horap.

Ungarelli Gram. Champ.

Schwartze, alte Äg. Psalm

Th. Benfey

Schwartze Gram.

GRAMMATICA

LINGUAE COPTICAE

ACCEDUNT ADDITAMENTA

AD

LEXICON COPTICUM

STUDIO


AMEDEI PEYRON

EQUITIS ORD. MAURITIANI ET SABAUDI OB MERITA CIV.
PROFESSORIS LINGUARUM ORIENTALIUM IN TAURINENSI ATHENAEO
ETC.



TAURINI 1841
EX REGIO TYPOGRAPHEO

Prostat apud I. Bocca Regium Bibliopolam.



EMINENTISSIMO AC REVERENDISSIMO

ANTONIO TOSTI

S. R. E. CARDINALI

ATQUE AERARII PRAEFECTO

AMEDEUS PEYRON

Postquam Romana legatione perfunctus ex hac urbe discessisti, quantus Tuarum laudum concentus per ora nostratium exstitit, ac constans perseverat! Quamquam enim, Te praesente, animi Tui atque ingenii praestantiam mirabamur

omnes, at vel ob assiduam consuetudinem, vel culpa Tuae facilis atque obviae naturae, ne modestiam dicam, factum est, ut carendo magis intellexerimus quantus esses, quam fruendo. Quare si in rebus cognoscendis facilitatem, in diiudicandis moderationem, in agendo prudentiam, aut dicendi gravitatem cum arguta festivitate coniunctam velimus quasi persona convestire, nos ultro Tuae legationis memoriam repetentes dicta factaque Tua vicissim ita commemoramus, ut inde possis laetissimum posteritatis Tuae praesagium capere. Ego vero nemini concedens quanta voluptate perfundar Tuis laudibus assistens, non est cur dicam; nosti enim meam in Te observantiam amoris plenam ex aequo respondere effusae Tuae in me indulgentiae. Quos sensus cum iamdiu mecum constituissem publice testari, tum pudor interpellabat; vicit tandem novum, quo me obstrinxisti, debitum. Enimvero cum duobus abhinc annis Romae fuissem, Tu non tantum me in veteris consuetudinis familiaritatem admisisti, sed etiam hospitio excepisti, quo nihil mihi honorificentius, nihil studiis meis optabilius contingere poterat.

Nam me curis omnibus solutum in bibliothecis abdidi, atque honestissimo, quod mihi feceras, otio indulgens magnam rerum Copticarum messem collegi, cuius ope nixus subinde Copticam Grammaticam retractavi, tum Lexicon, Additamentis locupletandum suscepi. Habe igitur Tuo nomini inscriptum quod singulari tuae humanitati acceptum refero. Atque utinam quantum laudis in Romana re procuranda, sarciendisque Aerarii damnis ab iniquitate temporum illatis es adeptus, tantumdem ego opella mea consequar! Sed quando tantam spem de rebus meis concipere nequeo, id saltem ero consecutus, ut tandem aliquando publice meam observantiam declaraverim, qua Te, uti S. R. E. Principem summopere revereor, atque uti hominem impense diligo.

PRAEFATIO

Coptica lingua ea dicitur, quam nobis codices Aegyptii prodiderunt graecis litteris exaratam; illa enim lingua, quam ex hieroglyphicis monumentis excitare contendunt docti viri, rectius appellari debet Aegyptia. Cum vero codices Coptici omnes fere ad unum in rebus Christianis versentur, lingua Coptica potest etiam definiri illa, quam Aegyptii usurparunt post cognitam propagatamque Christianam religionem. Quantum affinitatis inter Aegyptium et Copticum sermonem intercedat tunc certo constitui poterit, quando hieroglyphicum systema liquido sit perspectum. Interea aliarum linguarum experientia edocti hoc tantum suspicari possumus Copticae linguae indolem atque etyma omnino abludere non posse ab ingenio atque originibus sermonis Aegyptii. Quemadmodum enim variae Semi familiae, licet in varias nationes disgregatae, eas semper retinuerunt dialectos, quae unam eandemque communem originem monstrent; ita Copti Aegyptiorum nepotes, sola religione a maioribus dissidentes, diversam quidem scripturam adsciscere potuerunt, at non

diversum sermonem. Enimvero ne superstitiosis Aegyptiae impietatis signis nova Christi scita foedarent, potuerunt quidem alphabetum mutuari ex ea natione, quae ipsos Evangelium docuit, tum aliquot vocabula probare, quae novas Christianae religionis ideas exprimerent; sed linguam omnino immutare id supra fidem ac mores humanos est. Quod si mutassent, utique cum graeco alphabeto graecam etiam linguam probassent; non probarunt, ergo antiquo proavorum idiomati semper adhaeserunt.

Huic cognationi cum Aegyptio sermone universa nititur commendatio studii Copticae linguae; confidimus enim fore, ut ex cognitione recentioris sermonis tandem aliquando assurgamus ad veterem Aegyptium detegendum. Sed linguarum affinitas ex intima grammaticarum indole, ac vocabulorum originibus diiudicanda est, non vero ex minutis nominum verborumque formis, aut accidentibus, quae longa dies novare solet. Quare eo spectans equidem Copticum Lexicon condendum esse censui ad ordinem etymologicum; tum eadem in sententia perstans Grammaticam censeo ita esse concinnandam, ut intimum idiomatis ingenium in aperto ponatur. Aucupent alii minimas quasque scripturae varietates, atque anomalias, quas vel amanuensium ignorantia, vel sequior aetas invexit; sint illi beatissimi, per me enim licet, si nova derivata invenerint, si invisitatas vocum formas in recentiore aliquo ut ut mendoso codice detexerint, in iisque colligendis nominis immortalitatem sibi acquirere blandiantur. Ego vero hoc maxime negotium mihi grammatico datum esse censui, ut penitissimam linguae constitutionem ac germanum habitum retegerem, scilicet exponerem doctrinas adhuc retrusas, quod luculenter patebit ex recensione Grammaticarum hucusque editarum.

Qui primus Copticas litteras attigit Kircherus in libro *Prodromus Coptus Romae* 1636 post multa de Coptis eorumque coloniis et lingua in antecessum fuse disputata, tandem aliquando ad linguae institutiones accedens adeo perfunctorie illas tradidit, ut intra paucas pagellas universam grammaticam concluserit non sine mendis. Nempe qui in hieroglyphicis interpretandis longe copiosissimum se praebuit is in Coptico idiomate deformando tenuis atque angustus visus est. Eum consecutus Blumbergius *Fundamenta linguae Copticae* 1716 vulgavit; at, iudice La-Crozio, *linguam Aegyptiacam nemo inde legere et intelligere discet, ne ipse quidem Blumbergius, quem illius omnino esse imperitum mihi constat* (1). Tertiam grammaticam acceptam referimus Raphaëli Tukio, viro Copto, atque Arsinoës Episcopo, qui *Rudimenta linguae Coptae sive Aegyptiacae Romae* 1778 edidit Arabice, et Latine, ut consuleret utilitati adolescentum suae nationis, qui in collegio Propagandae Fidei in Ecclesiae spem alebantur. Sed vir Copticae liturgiae recitandae assuetus verborum tantum faciem noverat, non intimam naturam. Hinc graeca cum copticis confundens summa diligentia illustrabat particulas ⲕⲁⲓⲡⲉⲣ, ⲕⲁⲛ, ⲉⲓⲧⲉ, ⲧⲟⲧⲉ, ϩⲟⲧⲁⲛ, quasi essent germanae Aegyptiae; non verborum tempora ordine digerere curavit; non nominum naturam ac formas exposuit recte; sed empirico sermonis usui unice intentus farraginem multorum utriusque foederis locorum congessit. Atque utinam accurate! sed suis mendis cumulans illa typothetae eos textus vulgavit, quibus caveant tyrones coecam fidem adhibere. Ceterum Orientales omnes a quavis criticae notitia imparatissimos usu tantum proprias linguas callere, sed longissime a philologico iudicio distare, scimus omnes.

---

(1) *Thesauri Epistolici La-Croziani* tom. III. p. 97.

Eodem anno, quo Tukii rudimenta Romae in lucem venerunt, prodiit Oxonii *Christiani Scholz Grammatica Aegyptia utriusque dialecti, quam breviavit, illustravit, edidit Car. Godofr. Woide*; quem librum satis laudavero si dicam, vel nostra aetate a nemine fuisse superatum, ac primas merito tenere. Scholzii volumen nondum viderat Calusius, quum anno 1783 *Litteraturae Copticae Rudimentum Parmae* vulgabat. Copticos characteres exhibere tantummodo praestituerat Calusius, sed Bodonio ac Derossio gratificaturus linguae praeterea elementa ac naturam delineare aggressus est. Nihil habet opusculum quod reprehendas, imo multa quae laudes; auctor enim, e cuius disciplina glorior esse profectus, linguarum naturam subtiliter iudicabat, atque altiora principia pervidebat acute, quare quod secum constituerat revera praestitit, ut Coptici sermonis elementa *inchoarentur praeceptis verioribus.* At perbrevis lucubratio poterat quidem linguae indolem adumbrare, non vero omnes grammaticae partes attingere atque articulatim explanare; quod opus si acutissima Calusii vis aggressa fuisset, nihil mihi in Copticis litteris superesset, quam ut gauderem palmam mihi fuisse praereptam a praeceptore amantissimo. Palmam dixi, de qua mihi liceat paullo immodestius blandiri non alium ob finem, nisi ut nova corona Calusii tumulo accedat.

Post Scholzii et Calusii libros nova monumenta non tantum Memphiticae dialecti, sed etiam Basmuricae penitus ignotae, et Sahidicae nondum bene exploratae, in lucem prodierunt, cum aliorum doctorum hominum studiis, tum in primis Georgii Zoëgae qui Borgianos codices bene multos ediderat. Cum tot tantisque opibus Coptica res crevisset, confidere licebat fore, ut unus vel alter philologus tria sermonis idiomata invicem contendens ad communem eorum ideam assurgeret, analogiam

apte stabiliret, origines patefaceret. Sed qui primus post ampliatas opes Copticae linguae Grammaticam trium dialectorum vulgavit Henricus Tattam expectationi omnino defuit (1). Nam vocum formas numeravit (atque utinam omnes!) non vero iudicavit; analogiae doctrinam neque est suspicatus, nedum varias formarum species certo rationis vinculo connecteret; nonnulla a linguae usu reiecta tamquam rata tradidit, alia perperam tractavit, sunt etiam quae omisit. A critica Tattami ieiunitate longissime distant Champollionii elementa. Suum in usum coeperat Vir cl. linguae leges describere; tum intermisit ad illustriorem palmam contendens; ac cum esset ab omni invidia, quam qui maxime, alienus inchoatae grammaticae facile copiam amicis faciebat. Eam habent multi, atque habuit Rosellinius linguarum Orientalium in Pisana Academia Professor. Hic cum linguam Copticam suis auditoribus interpretari vellet operae pretium se facturum duxit, si amici elementa breviaret, iisque nonnulla de suo adderet. Cum vero Rosellinii libellus manuscriptus circumferri coepisset, ac Romae innotuisset Aloisio Ungarellio, confestim vir harum litterarum cupidissimus intellexit eum magno usui fore, si in plurimorum utilitatem evulgaretur. Editioni assensit Pisanus Professor ea tamen conditione, si Ungarellius palam lectores commonefaceret, librum maximam partem Champollionio acceptum esse referendum. Editor fidem dedit atque in praefatione liberavit totis litteris Champollionii nomen describens, eique auctori grammaticam tribuens; ita ut, si quis Italos duumviros plagii incusaverit, ille dicendus sit libri praefationem minime legisse. Dixi gram-

(1) *A Compendious Grammar of the Egyptian language, as contained in the Coptic and Sahidic dialects with observations on the Basmuric .... by Henry Tattam. London* 1830. 8.°

maticam esse tantummodo inchoatam, auctor enim nonnullas orationis partes ne attigit quidem, alias non absolvit; sunt tamen quae maxima cum diligentia pertractatae ex ungue prodant leonem. Multam linguae experientiam in libello deprehendes, et in primis criticum acumen, quo trium dialectorum remotae origines indagantur. Ungarellius, qui librum latinitate donavit, id etiam sibi operis dedit, ut singulas regulas atque observationes idoneis exemplis ex utroque Foedere delectis communiret, non tantum Memphiticis, verum etiam Thebanis et Basmuricis.

Atque hae omnino sunt universae Grammaticae ad hanc diem vulgatae. Ego vero novam concinnavi ex adnotationibus, quas Copticos textus perlegens in adversaria retuleram dum longam in Lexico seu condendo, seu amplificando, operam ponebam. Quid mecum praestituerim facile lector intelliget ex iudicio quod de aliorum grammaticis hucusque tuli; utrum quod animo praeceperam revera perfecerim, alii indicabunt.

Grammaticae attexui Supplementum Lexici, de quo pauca monere iuvat. Duobus abhinc annis cum Romae versarer codices Copticos seu Vaticanos, seu Collegii Propagandae Fidei consului. Primi sunt Memphitici ac Liturgici, adeoque nullam spem faciunt bonae frugis ad linguae horrea locupletanda; quare converti me ad membranas Propagandae, quarum copiam mihi humanissime faciebat doctissimus illius bibliothecae Praefectus Drach. Cum, Borgiano asse inter haeredes partito, ex libris manuscriptis alii Neapolim immigraverint, alii Romae manserint in Collegio Propagandae, forte contigit, ut Neapolitani sortiti sint codices historicos, asceticos, monasticos, et patristicos, ut aiunt, quorum pars maxima studio Zoëgae lucem iam viderat, Romani vero habuerint codices Biblicos Thebanos, fere omnes ineditos,

nam Zoëga postquam omnes descripserat p. 172-192 vix aliquot antiqui Foederis fragmenta edidit. Ego vero Romanos libros Sahidicos perlegi venandis vocabulis intentus. Messem inde collectam novarum vocum aut formarum, quae in meo Lexico desiderantur, atque adeo paullo sunt rariores, eo libentius in lucem profero, ut simul occasionem arripiam supplendi nonnulla a me oscitanter omissa. Sic ex. gr. cum duplex sit potestas vocabuli ϩ̄ⲃⲥ, altera *operire*, altera *lampas*, adeoque duplex radix ϩ̄ⲃⲥ admitti debeat, ego postquam primam ex meis adversariis exscripseram, secundam aliud agens omnino omisi; accuratius etiam volo distinctas radices ⲥⲁϧⲉⲙ et ⲥⲱϧⲉⲙ; tum radicis ϫⲟⲡϫⲡ blandior veram potestatem deprehendisse. Quod si Supplementum perpaucas offert novas vel voces, vel vocum notationes, sed maximam partem constat ex derivatis, quae quisque ex radice facile interpretatus fuisset, id certissimo argumento est meum Lexicon haud tanta vocabulorum vel significationum inopia laborare, quantam nonnulli invidi dixerunt potius, quam doctis viris persuaderent. Unius voluminis modestam molem in primis sunt commiserati. At, o boni, si fuissem suspicatus librum ex mole iudicatum iri, universas quas collegeram opes non excrevissem, sed exempla exemplis cumulans, atque anxia sollicitudine minuta quaeque persequens, multa volumina confersissem. Ego contra iudicavi multa, imo omnia colligenda esse, sed ea tantum expromenda, quae ad rectam cuiusque vocis ideam tradendam aliquid habebant momenti.

Scio ordinem etymologicum a nonnullis fuisse improbatum, utpotequi tironibus difficultates creabat. At contra complures mihi professi sunt, se, post superatam intra paucos dies novae methodi difficultatem, maximum inde cepisse fructum sive in comparandis inter se dialectis,

sive in derivatis facile interpretandis semel ac radices callebant. Omnium vero argumentorum instar sit gravissimum Silvestri Sacy iudicium, cuius doctrinae praestantiam cum omnes celebraverint, ego sinceram in iudicando probitatem ab omni philautia solutam praedicabo. Ante hos septem annos cum Parisiis essem fando accepi Silvestrum Sacy in commentatiuncula ab eo praelecta in Academia Inscriptionum suam de Coptico Lexico condendo opinionem ita aperuisse, ut plane improbaret methodum etymologicam; porro amici me hortabantur, ut virum conveniens vel argumentis in meas partes traherem, vel saltem precibus severam tanti philologi censuram deprecarer a libro iam praelo parato. Neutrum consilium mihi arrisit; aulici est adulatorias artes exercere, tum hominis immodestissimi adire Orientalium philologorum principem, ut eum coram oppugnet. Postulavi, ut ineditae commentatiunculae mihi copia fieret, eam legi, ac magis magisque mea in sententia confirmatus, in Lexici praefatione contraria argumenta, tacito adversarii nomine, diluenda suscepi. Quid plura? Idem Sacy de meo opere renunciaturus in Gallica Sapientum Ephemeride statim in ipso relationis limine profitetur se maxime methodum a me receptam probare (1). Scilicet Sacyus tanto veritatis amore tenebatur, ut eum non puderet praeconceptas opiniones non tantum deponere, sed etiam publice reprobare; quod maximam in eo arguit vim conscientiae. Quae quum ita sint, ecquis tanti philologi suffragio refragetur?

---

(1) *La seule chose, que nous nous proposons dans cet article c'est d'indiquer . . . le système, qui l'a dirigé dans la rédaction de ce dictionnaire, système que nous approuvons entièrement, et les motifs qui l'ont déterminé à l'adopter.* Journal des Savants, mars 1836 pag. 147.

Sed quando Lexicon novis opibus augere constitui, erunt fortasse qui me reprehendent, quod multa inaudita vocabula in Tattami Lexico obvia neglexerim in mea additamenta transcribere. Quos ego paucis sic volo. Videte vocabula ⲁⲡⲟⲩⲉⲣϣⲉ, ⲁⲡⲣ̄ϣϥⲉ p. 17, ⲁⲧⲉϣⲡⲏ p. 25, ⲁϥⲧⲟⲩ p. 42, ⲉⲑⲡⲁϣ p. 72, ⲉⲓ erat p. 75, ⲉⲡⲁ p. 86, ⲉⲡⲉⲫⲱⲫ p. 87, ⲉⲡⲕⲟⲧⲥ, ⲉⲡⲟⲩⲥ p. 88, ⲉⲧⲉⲃⲟⲗ p. 97, ad haec ⲙⲁⲗⲟϥ, ⲙⲁⲧⲟϯ, ⲟⲡϣ, ϫⲓⲡⲧⲁⲩⲕⲁⲁϥ, ϫⲓⲡⲧⲟⲩⲉⲡ, atque alia bene multa. Menda ne odoratis? laetor, bene est. Nihil ne vos offendit? Mihi credite, diligentiorem operam ponite in grammatica, vix enim salutastis; atque tunc intelligetis, cur quo magis invisitata ac monstrosa sunt nonnulla vocabula Tattami, eo maiorem latentis errati suspicionem mihi ingerant. Si locus a viro cl. citatus pertinet ad editos textus, facile vocis sinceritatem aestimo; at, si ex ineditis Oxoniensibus codicibus vocem excerpsit, nequeo meum interponere iudicium, ac malo morosus videri, quam levis. Sic p. 88 lego prodigiosum ⲉⲡⲟⲩⲥ θεμέλιος, ac coniicio in textu fuisse ⲉⲡⲟⲩⲥⲛ̄ⲧⲉ, quod vir doctus distraxit in duas voces ⲉⲡⲟⲩⲥ ⲛ̄ⲧⲉ. Contra in ⲁⲡⲉⲓⲁⲡⲧⲟⲟⲩ p. 15 suspicor ⲁ esse notam praeteriti, quod post plurale ⲛ̄ⲉⲓⲁⲡⲧⲟⲟⲩ sequebatur. Nonne in ⲁⲡⲣ̄ϣϥⲉ duas voces ⲁⲡⲣ̄ *facti sumus*, et ϣϥⲉ *sordes* in unam constipavit, quemadmodum ⲙⲉⲣϣ ⲡⲉ in ⲙⲉⲣϣⲡⲉ *flavus* p. 217 densavit? Sed p. 93 quid tandem est ⲉⲣⲕⲓⲃⲉ ἐγκαινισμὸς *Num.* VII. 84? Nonne idem Tattamus p. 732 tradit *Num.* VII. 84 vocem ἐγκαινισμὸς Thebaice redditam fuisse ϫⲓⲁⲉⲓⲕ? Video ⲙⲁⲣⲓⲕⲓ p. 205 *incusare* ortum esse ex vero vocabulo ϫⲉⲙⲁⲣⲓⲕⲓ perperam diviso; video ⲙⲁⲧⲟϯ *consentire* p. 207 esse imperativum femininum verbi ϯⲧⲟⲧ *consentire*; non moror voces ⲗⲁⲛⲥⲓ p. 176, ⲙⲁⲗⲟϥ p. 194, sunt enim sphalmata textus pro ⲗⲁⲡⲥⲓ, ⲙⲁⲟⲗϥ, quae Tattamus haud suspicatus est; monstrum ⲙⲁϩⲃⲏⲟⲩⲓ *institutum* p. 210

non habet Sophonias III. 11; contra *Gen.* x. 9 cum textus haberet лхе рнх, ipse p. 428 scripsit рнх *venator*, tum sui immemor p. 728 scripsit жерних *venator*. Haec et sexcenta probe video, sed alia sunt, quae cum non expediam, nolo veluti probam mercem mea in Additamenta admittere fisus auctoritati Lexicographi adeo incuriosi.

De Grammatica atque Additamentis dicta sufficiant. Nunc pro re nata iuvat pauca addere de Biblicis Codicibus Borgianis.

Ex Memphitica versione lucem vidit Pentateuchus, Psalterium (1), Prophetae minores (2), ac Novum Testamentum, quibus accedunt pericopae librorum antiqui Foederis in libris Liturgicis obviae; versionis Sahidicae sola habemus *Fragmenta Novi Testamenti a Car. Godof. Woide* vulgata. Interea postquam critici viri coeperunt codices graecos utriusque Foederis dividere in familias, disputatum est de praestantia familiae Alexandrinae, seu Aegyptiae; Griesbachius Alexandrinum textum praefert Constantinopolitano, Scholzius e contrario posthabet.

---

(1) Praeter Psalterium Coptico-Arabicum a Tukio editum Romae 1744, nuperrime Berolini lucem vidit *Psalterium Coptice. Ad codicum fidem recensuit, lectionis varietatem, et psalmos apocryphos Sahidica dialecto conscriptos, ac primum a Woidio editos adiecit Iul. Ludov. Ideler* 1837. 8.° Liber editorem prodit Copticae linguae peritum, nec non accuratum.

(2) Prophetae minores haud ita pridem Londini prodierunt ad fidem Codicis Parisini, curante Henrico Tattam. Textus sat est accuratus; at versio latina iis sphalmatis scatet, quae omnem fidem superant. In his *relinquerunt*, *ingrede*, *elexit*, *domos pulchros*, *domo meo*, *domus mei*, *repulivi* (pro *repuli*), *fiatur*, *introvissent*, *proficisceret*, *salutis mei*, *vitis bonus*, *ungueris*, *facet*, *ingrediretur*, *augexit* (pro *auxit*), *perient*, *suscipero*, *confunderunt*, *currerunt*, *resistent eum*, ad haec, particula *autem* inchoat periodum, vel ita collocatur *in autem anno*; verbum *est* cum accusativo iungitur *non famem panis est*, *neque famem aquae est*; reciprocum *se* cum pronomine *eo*, *eis* passim confunditur. Hinc facile augurari licet foedam barbariem, qua cetera huius versionis latinitas scatet.

Sed, amabo, quem tandem codicem habuerunt tamquam archetypum recensionis Alexandrinae? Vaticanum, aiunt, et Britannicum originis indubie Alexandrinae. Concedam; sed ut a textu Alexandrino ad Aegyptium recta procederet argumentatio, debuissent in antecessum demonstrare Ecclesiam Alexandrinam ita unicam fuisse in Aegypto, ut eius textum ceterae provinciae sequerentur. Atqui ab Alexandrino dissentiunt versiones Copticae, tum Memphitica dissentit a Thebana; species igitur sunt admittendae in Aegyptia familia, ac diligentissime perpendendae. Quis vero perpendat Thebanam, cuius non multa fragmenta Novi Testamenti innotescunt? Hinc patet necessitas edendi membranas Sahidicas Collegii Propagandae, ut Aegyptia familia recte aestimari possit. Scimus Hesychium, ante Hieronymi aetatem, recensuisse textum Graecum ad usum Ecclesiae Alexandrinae; inquirendum porro foret, utrum Copticae versiones sint species Hesychiani textus, an genera plane diversa, unde etiam maxima lux affulgeret quaestioni de antiquitate utriusque versionis. Praeterea summa cura colligendae essent varietates lectionis cum Memphitici, tum Sahidici textus, ut aestimari possent emendationes, quas posterior aetas induxit.

Ex versionis Sahidicae editione non tantum critica sacri textus proficeret, sed etiam Coptica lingua. Enimvero Memphitici codices scatent permultis vocabulis graecis; contra Thebani saepe habent Aegyptias voces, sic ubi aves, arbores, domestica suppellex, instrumenta artium, ac similia in graeco textu commemorantur, saepius in textu Thebano, quam in Memphitico, reperies vernaculas voces. Ad haec dialectus Sahidica utpote magis regularis atque ad analogiam exacta habenda est tamquam exemplar Coptici sermonis; Memphitica enim ob Alexandrinorum vicinitatem citius ac facilius deflexit a

prima sinceritate, Basmurica vero est idioma male conflatum ex Memphitica et Thebana. Quare cum ceteri philologi hucusque constituerint Memphiticum idioma veluti ceterorum fundamentum, equidem in Grammatica principem locum dedi Thebano. Quae cum ita sint, miror ab Europaeis philologis frequentiorem operam poni in textibus Memphiticis edendis, quam in Sahidicis; ita Psalterium Idekeri, et Prophetae minores Tattami sunt Memphitica merx. Cur vero Oxonienses nobis invident suos Thebanos codices? cur Sahidicae membranae Collegii Propagandae diutius delitescunt? Si utraeque simul componerentur, non solum haberemus integrum Novum Testamentum Sahidicum cum variantibus, sed nonnullos libros, ac multas pericopas antiqui Foederis; hinc Aegyptia familia posset aestimari, et linguae pomoeria ampliarentur. Quod si philologi ideo Memphiticos textus anteferunt, quia ex grammaticarum studio magis assueverunt huic dialecto, non dubito, quin in Thebana exercitatissimi sint evasuri, si in grammatica me ducem sequentur. Est etiam Taurini biblicus codex Thebanus, quem iam edidissem, si ope Oxoniensium potuissem a lacunis liberare; quam spem nondum abieci.

Exposui quae praestiti, atque ab aliis praestari vellem; superest, ut nec me suscepti laboris poeniteat, ac ceteri conditionem accipiant.

CAPUT I.

DE ELEMENTIS SCRIPTURAE.

Copticae scripturae elementa sunt litterae, ac signa diacritica. Litteras exhibebit sequens

§ 1. *Alphabetum.*

Figura		Nomen		Potestas	Valor numericus
Ⲁ	ⲁ	ⲁⲗⲫⲁ	alfa	α	1
Ⲃ	ⲃ	ⲃⲏⲧⲁ	beta	β	2
Ⲅ	ⲅ	ⲅⲁⲙⲙⲁ	gamma	γ	3
Ⲇ	ⲇ	ⲇⲉⲗⲧⲁ	delta	δ	4
Ⲉ	ⲉ	ⲉⲓ	ei	ε	5
Ⲍ	ⲍ	ⲍⲏⲧⲁ	zeta	ζ	7
Ⲏ	ⲏ	ⲏⲧⲁ	eta	η	8
Ⲑ	ⲑ	ⲑⲏⲧⲁ	theta	ϑ	9
Ⲓ	ⲓ	ⲓⲁⲩⲧⲁ	iauta	ι	10
Ⲕ	ⲕ	ⲕⲁⲡⲡⲁ	cappa	ϰ	20
Ⲗ	ⲗ	ⲗⲁⲩⲗⲁ	laula	λ	30
Ⲙ	ⲙ	ⲙⲓ	mi	μ	40
Ⲛ	ⲛ	ⲛⲓ	ni	ν	50
Ⲝ	ⲝ	ⲝⲓ	esi	ξ	60
Ⲟⲩ	ⲟⲩ	ⲟ	o	ο	70
Ⲡ	ⲡ	ⲡⲓ	pi	π	80
Ⲣ	ⲣ	ⲣⲟ	ro	ρ	100
Ⲥ	ⲥ	ⲥⲓⲙⲁ	sima	σ	200
Ⲧ	ⲧ	ⲧⲁⲩ	tav	τ	300
Ⲩ	ⲩ	ⲩⲉ	ye	υ	400
Ⲫ	ⲫ	ⲫⲓ	fi	φ	500
Ⲭ	ⲭ	ⲭⲓ	chi	χ	600

Ⲯ	ⲯ	ⲯⲓ	psi	ψ	700
Ⲱ	ⲱ	ⲱⲟ	oy	ω	800
Ϣ	ϣ	ϣⲉⲓ	scei	sc	
Ϥ	ϥ	ϥⲉⲓ	fei	f	
Ϧ	ϧ	ϧⲉⲓ	khei	kh	
Ϩ	ϩ	ϩⲟⲣⲓ	hori	h	
Ϫ	ϫ	ϫⲁⲛϫⲓⲁ	giangia	gi	
Ϭ	ϭ	ϭⲓⲙⲁ	ghima	gh	
Ϯ	ϯ	ⲧⲓ	ti	ti	

Aegyptii scriptura hieroglyphica, hieratica, aut demotica usi sunt, quamdiu idololatriae adhaeserunt. At ubi christianam religionem amplexi sunt, indignum rati christiana scita exarare iis signis, quae veterem superstitionem passim repraesentabant, constituerunt graecum alphabetum adsciscere, quod ceteroquin Aegypto maxime inferiori iam ab aliquot saeculis cum graecis consuescenti erat familiare. Hinc sunt vigintiquatuor litterae, quas primo loco recensui in alphabeto; ex quibus tamen quinque elementa ⲅ, ⲇ, ⲍ, ⲝ, ⲯ proprie aegyptia non sunt, neque in ullo aegyptio vocabulo inveniuntur, sed tantum ab Aegyptiis adhibentur in iis graecis vocibus scribendis, quas a Graecia mutuati sunt. Quare, detractis hisce quinque, reliqua novemdecim sunt vere aegyptia. Sed cum sermo Copticus sex elementa vocis haberet, quibus nulla graeca littera apte responderet, additae sunt sex litterae ϣ, ϥ, ϧ, ϩ, ϫ, ϭ, quarum figura desumta creditur a scriptura hieratica. Si graecis novemdecim addas sex aegyptias, habebis elementa vigintiquinque mere Coptica, quot Plutarchus *de Iside et Osir.* 56 perhibet fuisse litteras aegyptii alphabeti; nam in horum censu non venit postremum elementum ϯ, utpote mera sigla, seu nexus duarum litterarum ⲧⲓ.

Litterae, quas Copti a Graecia adsciverunt, graecum

etiam sonum servarunt; imo, Graecis ab antiqua pronuntiatione paullatim desciscentibus, Copti, qui assidua graecorum cum hominum, tum librorum familiaritate utebantur, novam pronuntiandi rationem ac potissimum iotacismum admiserunt, ac diphthongos male secum permutarunt. Id facile intelligitur ex Copticorum codicum orthographia, quorum alii antiquam, alii recentiorem pronuntiationem sequuntur; unde etiam non levis coniectura deduci potest de maiore vel minore codicum antiquitate.

§ 2. *Litterarum Pronuntiatio.*

ⲃ valet *b*, sed recentioribus est etiam *v*. Hinc ⲟⲩⲣⲧ *rosa*, ⲟⲩⲁⲥ *secare*, ⲟⲩⲟϯ *olus*, ϣⲱⲟⲩϩ *exsiccari*, scribuntur etiam ⲃⲉⲣⲧ, ⲃⲁⲥ, ⲃⲟⲧ, ϣⲱⲃϩ. Ob sonus affinitatem confunditur cum ⲡ, uti ⲧⲟⲃ Z. 227 (1) pro ⲧⲟⲡ. — Cum ϥ, uti ⲁϥⲣⲁϩⲁⲙ *Abraham*, ⲟⲩⲱϣϥ *respondere* pro ⲟⲩⲱϣⲃ. — Cum ϕ, uti ϣϕⲏⲣ *amicus* pro ϣⲃⲏⲣ, vide Rossi *Etymolog.* p. 57.

ⲅ littera Coptis ignota usurpatur in vocibus peregrinis, uti ⲅⲟⲙⲟⲣⲣⲁ *Gomorra.* Ob sonus affinitatem permutatur cum ⲕ, sic ⲇⲟⲅⲓ δοκεῖ *Ioh.* xi. 56, ⲕⲏⲛⲏⲙⲁ γέννημα *Luc.* xxii. 18. — Cum ϫ, sic ⲙⲁⲁⲅⲉ *auris* pro ⲙⲁⲁϫⲉ. Hanc litteram Thebani induxerunt in voces Copticas, quoties scribendum esset ⲛⲕ; hinc ⲁⲛ̄ⲅ *ego* pro ⲁⲛ̄ⲕ, ⲛ̄ⲅⲙⲟⲩⲧⲉ *appellabis* pro ⲛ̄ⲕⲙⲟⲩⲧⲉ, atque ita Sahidici semper ⲛⲅ scribunt pro ⲛⲕ; semel vidi ⲙ̄ⲅϥⲱⲧⲉ *Sap.* 596 pro ⲙ̄ⲕϥⲱⲧⲉ.

ⲇ littera Coptis ignota locum habet in vocibus pe-

(1) Copticos libros indicaturus iisdem siglis usus sum, quas etiam in meo Lexico adhibui, atque in eius praefatione p. xxiii recensui.

regrinis ⲁⲇⲁⲙ *Adam*, ⲇⲉ δέ, in quibus etiam pro ⲧ occurrit, uti ⲁⲣⲇⲩⲙⲏⲥ ἄρτεμις *Act.* xix. 24. ⲑⲉⲁⲇⲣⲟⲛ θέατρον *Act.* xix. 29. 31. ⲇⲓⲙⲱⲣⲉⲓ τιμωρεῖ *Act.* xxii. 5.

ⲉ quandoque scribitur pro ⲏ, vel diphthongo *αι*.

ⲍ littera Coptis inusitata, nisi in vocabulis peregrinis ⲟⲍⲓⲁⲥ *Ozias*, ⲍⲟⲣⲟⲃⲁⲃⲉⲗ *Zorobabel*. Quandoque perperam scribitur pro ⲥ, uti ⲍⲱⲛⲧ, ⲙⲁⲍⲉ pro ⲥⲱⲛⲧ *creatura*, ⲙⲁⲥⲉ *vitulus* Z. 301. 431.

ⲏ saepe permutatur cum ⲉ, uti ϩⲏⲃⲥ pro ϩⲉⲃⲥ *operire*, ϩⲉⲃⲉ pro ϩⲏⲃⲉ *luctus*. Ob iotacismum in recentioribus codicibus scribitur pro ⲓ.

ⲓ saepe permutatur cum ⲉⲓ, uti ⲡⲓⲛⲉ pro ⲡⲉⲓⲛⲉ *similitudo*, ⲓⲣⲉ pro ⲉⲓⲣⲉ *facere*.

ⲝ elementum Coptis inusitatum, nisi in vocibus aliarum linguarum, ⲁⲣⲫⲁⲝⲁⲇ *Arphaxad*. Quandoque amanuenses eo utuntur tamquam compendio litterarum ⲕⲥ, uti ⲝⲟⲩⲣ *annulus* pro ⲕⲥⲟⲩⲣ.

ⲣ quandoque scribitur pro ⲗ, vidi ⲕⲟⲣⲛⲏⲣⲓⲟⲥ *Cornelius*, ⲭⲁⲣⲕⲉⲧⲟⲛ Χαλκεδών. Mox videbimus ⲣ et ⲗ Basmurice permutari.

ⲩ confunditur cum vocalibus et diphthongis, quae sonant *i*, uti ⲇⲩⲛⲁ δεῖνα, ⲁⲗⲏⲑⲩⲛⲟⲛ ἀληθινόν. In diphthongis impropriis permutatur cum ϥ, uti ⲁⲩ pro ⲁϥ.

ⲯ littera Coptis inaudita adhibetur in vocibus peregrinis ⲯⲩⲭⲏ ψυχή. Raro Copti ea utuntur tamquam compendio elementorum ⲡⲥ, uti ⲯⲓⲧ *novem*, ⲯⲟⲓ nomen urbis, pro ⲡⲥⲓⲧ, ⲡⲥⲟⲓ.

ϣ pronunciatur uti ש Hebraeorum, vel uti *sc* Italorum in voce *conoscere*, aut *ch* Gallorum in voce *chûte*. Permutatur cum ⲥ, ⲭ, ϫ, ϭ, et raro cum ϩ, vide me in Lexico p. 279.

ϥ pronuntiatur uti *f*. Permutatur cum ⲃ, et ⲩ, quemadmodum dixi ad has litteras.

ϧ sonat uti ח Hebraeorum, a qua durissima aspira-

tione abhorrentes Thebani numquam hac littera utuntur.

ϩ respondet elemento ח Hebraeorum, vel *h* aspirato; quare Copti ut exprimant spiritum asperum Graecorum scribunt ϩⲟⲡⲗⲟⲛ, ϩⲓⲛⲁ pro ὅπλον, ἵνα.

ϫ pronunciatur uti *g* dulce, quasi *i* interiecto inter ϫ et vocalem sequentem, ut sit ϫⲁ *gia*, ϫⲉ *gie*. Permutatur cum ⲕ, ⲭ, et sibilantibus ⲥ, ϣ, vide meum Lexicon p. 375, maxime vero cum ϭ.

ϭ pronunciatur uti *g* asperum, sic ϭⲁ *gha*, ϭⲉ *ghe*. Permutatur cum ⲕ, et sibilantibus ⲥ, ϣ, maxime vero cum ϫ, vide me in Lexico p. 403.

ϯ non est littera proprie dicta, sed compendium duarum litterarum ⲧⲓ, ac revera effertur *ti*, sic ⲡⲉϯⲣⲉ *petire*, pro ⲡⲉⲧⲓⲣⲉ.

§ 3. *Potestas Litterarum Numerica.*

In potestate litterarum numerica Copti consonant cum Graecis, a quibus alphabetum mutuati sunt; quare solis litteris graecae originis, non vero postremis sex omnino Copticis potestatem numericam concesserunt. Indicaturi numerum 6 scribunt ⲋ, quod est graecum ϛ. — Pro numero 90 scribunt ϥ; cave tamen ne credas hanc esse copticam litteram *fei*, est enim graecum episemon *coppa*, cuius figura persimilis nostro 9 (1) proxime accedebat ad litteram ϥ *fei*. — Designaturi numerum 900 libri editi passim scribunt ⲣ, sic *Gen.* v. 5. 8. 11. 14. 20. 27. ib. 29; idem etiam ⲣ notat 100, vide *Gen.* v. 9. 12. 15. 21. 25. 28, et passim. Recte Zoëga (2) hoc elementum ita excudendum curavit ⳁ, quo Copti pin-

(1) Vide me in *Papyri Graeci R. Taurin. Mus. pars* II, *tab.* VI.
(2) Catalogus Codic Coptic. p. 88. 89.

gere voluerunt illam Graecorum siglam, quae notat numerum 900, atque a me exhibita fuit in Papyris Graecis (1). Quare vellem elemento ρ notari 100, et sigla ϡ 900. — Par confusio locum habuit circa ω; quae littera pro ordine alphabeti notare debet, ac saepissime notat 800 (2); at in locis *Gen.* v. 6. 22. xi. 17. 19. 21. 23. 32. xxxii. 14. *Ioh.* xxi. 8 designat numerum 200. Nempe amanuenses facile confundentes antiquam litterae c *sima* formam cum illa elementi ω, duas hasce litteras ita permutarunt, ut pro c scriberent ω, quod erratum editores codicum manuscriptorum non advertentes nobis obtruserunt elementum ω pro numero 200.

§ 4. *Geminatio Litterarum.*

Copti litteras geminant, sic ετⲧ̅ⲃ̅ⲃ̅ⲏⲧ, ⲙ̅ⲙⲟⲛ, ⲣ̅ⲣⲟ, etc. At saepe simplicem pro duplicata scribunt, uti ει ερε pro ειε ερε *Lùc.* xxiv. 32, ⲛ̅ⲧⲁⲕⲁⲁϥ pro ⲛ̅ⲧⲁⲕⲕⲁⲁϥ *Iòh.* xx. 15, ⲙ̅ⲡⲟⲧⲱϣ pro ⲙ̅ⲡⲟⲧⲟⲧⲱϣ *Àct.* vii. 39, ⲙ̅ⲛϣϭⲟⲙ ⲙⲱⲧ̅ⲛ pro ⲙ̅ⲙⲱⲧ̅ⲛ *Àct.* xv. 1, ⲧⲉ ϯⲥϩⲁⲓ pro ⲧⲉⲧ I. *Iòh.* ii. 7, ⲉⲥⲧⲱⲧ pro ⲉⲥⲥⲧⲱⲧ *Lùc.* viii. 47. Quare in Memphitico Psalmo i. 6 ⲁⲛ ⲛⲉ pro ⲁⲛ ⲛ̀ⲛⲉ scribitur. Nisi huic amanuensium incuriae advertas aqua tibi saepe haerebit in textibus interpretandis.

§ 5. *De Signis Diacriticis.*

Signorum diacriticorum nomine veniunt lineola, puncta, accentus circumflexus, apostrophus, quae litteris imponuntur.

---

(1) Papyri Graeci cit. loc.

(2) Rosellinius *Elementa linguae Aegyptiae* p. 1. litterae ω assignat potestatem numeri 700; perperam, nam notat 800 *Gen.* V. 17. 19, ex quo Geneseos capite discimus numerum 700 designari elemento ψ̄.

§ 6. *Lineola.*

1.° Notat potestatem numericam litterae, sic ⲁ̅, ⲑ̅, ⲕ̅ⲉ̅ etc. valent 1, 9, 25 etc.

2.° Supra voces breviatas lineola superscribitur. Sic

ⲇⲁ̅ⲇ	pro	ⲇⲁⲩⲓⲇ	*David*
ⲉ̅ⲑ̅, vel ⲉ̅ⲑ̅ⲩ̅		ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ	*Sanctus*
ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅, vel ⲓ̅ⲥ̅		ⲓⲏⲥⲟⲩⲥ	*Iesus*
ⲓ̅ⲥ̅ⲗ̅		ⲓⲥⲣⲁⲏⲗ	*Israël*
ⲭ̅ⲥ̅, ⲭ̅ⲣ̅ⲥ̅		ⲭⲣⲓⲥⲧⲟⲥ	*Christus*
ⲑ̅ⲥ̅, ⲑ̅ⲩ̅		ⲑⲉⲟⲥ, ⲑⲉⲟⲩ	*Deus, Dei*
ⲓ̅ⲗ̅ⲏ̅ⲙ̅		ⲓⲉⲣⲟⲩⲥⲁⲗⲏⲙ	*Ierusalem*
ⲡ̅ⲛ̅ⲁ̅		ⲡⲛⲉⲩⲙⲁ	*Spiritus*
ⲥ̅ⲣ̅, ⲥ̅ⲱ̅ⲣ̅		ⲥⲱⲧⲏⲣ	*Servator*
ϭ̅ⲥ̅		ϭⲟⲓⲥ, vel ϭⲟⲉⲓⲥ	*Altissimus*, *Deus*

His adde Memphiticum ⲫϯ, cui nulla imponitur linea, pro ⲫⲛⲟⲩϯ *Deus.*

3.° Lineola horizontalis apud Thebanos ⲛ̅, obliqua apud Memphiticos ⲛ̀, consonis imposita notat vocalem (plerumque ⲉ mutam) in pronunciatione supplendam esse ante consonam; quare ⲛ̅, ⲛ̀ leges *en*, ⲙ̅ⲡⲉ, ⲣ̅ϩⲟⲧⲉ, ⲛ̀ϫⲉ, ⲛ̀ⲧⲉ efferes *empè*, *erhòte*, *engiè*, *entè.* Quod si lineola media immineat supra duas consonas, notat vocalem (plerumque ⲉ mutam) in pronunciando supplendam esse inter utramque consonam, sic ⲙ̅ⲛ, ϩ̅ⲛ, ⲕⲁⲥⲕ̅ⲥ lege *men*, *hen*, *casches.* Quare voces ⲛ̅ⲛ̅ⲣ̅ⲙ̅ⲛ̅ⲛⲟⲩⲧⲉ, ⲙ̅ⲙ̅ⲛ̅ⲧⲣ̅ⲙ̅ⲛ̅ϩⲏⲧ legendae sunt *enenremennute*, *emmentremenhet.* Dixi vocalem absentem plerumque esse ⲉ, sic in vocibus ⲛ̅ⲙ, ⲣ̅ϩⲟⲧⲉ, ⲙ̅ⲛ̅ⲧⲥⲁⲃⲉ, ϩ̅ⲛ, ⲛ̅ϩⲟⲩ, ϣ̅ⲙ̅ⲙⲟ, et aliis sexcentis, quia alii codices Thebani, ac praesertim Memphitae easdem voces plene scribunt cum ⲉ, nempe ⲛⲉⲙ, ⲉⲣϩⲟϯ, ⲙⲉⲧⲥⲁⲃⲉ, ϧⲉⲛ, ⲉⲛϩⲟⲩ, ϣⲉⲙⲙⲟ. In eo etiam Memphitae a Sahidicis differunt, quod

perraro lineolam usurpant media in voce, quemadmodum in ⲙ̀ⲡⲉⲕⲙ̀ⲑⲟ; medias enim vocales scribere amant, ita ut eorum linea obliqua supra solam primam consonam vocabuli cadat. Sunt tamen rara vocabula, in quibus exemta vocalis est ⲟ, sic in ⲁⲛ̄ⲕ, ⲛ̄ⲧⲕ̄, ϣ̄ⲙⲧⲉ̀ videtur ⲟ supplenda, cum Memphitae scribant ⲁⲛⲟⲕ *ego*, ⲛ̀ⲧⲟⲕ *tu*, ϣⲟⲙⲧⲉ tres. In ⲟⲩⲛ̄ⲧϥ̄ *habet* pro ⲟⲩⲟⲛⲧⲁϥ desiderantur ⲟ et ⲁ.

Lineolae originem ita mecum reputo. Non secus ac puncta diacritica Hebraeorum, Syrorum, atque Arabum novitia sunt, ita lineola a Coptis usurpari coepit, cum linguae iam decidentis iusta pronunciatio visa fuit aliquo signo notanda. Porro ex vocalibus alias plene efferebant, alias muto sono; primas Thebani scripserunt, alias lineola imposita indicarunt. Dixerim lineolam Coptorum respondere τῷ *Sceva* Hebraeorum, utraque *e* mutam designat. Semel ac vero lineola in moribus inducta fuit, coepit etiam abusus, in quo codices sequioris aevi, ac praesertim Memphitici, incredibile dictu quantum luxurientur.

Pleraeque litterae serviles vocibus praefixae, ut vel numerus, vel casus indicetur, sunt consonae cum *e* muta efferendae, uti ⲛ̄, ⲙ̄; quare ⲛⲱⲟⲩ *ipsis* facile distinguitur ab ⲛ̄ⲱⲟⲩ *gloriam* quod est ab ⲱⲟⲩ *gloria*, praefixa ⲛ̄ nota accusativi. Quod secum reputantes Memphitae existimarunt percommode grammaticis rationibus a se provisum iri, si ceteras item litteras serviles, licet vocales, pari lineola insignirent. Quamobrem ⲉ servile praefixum notans accusativum, vel *ad*, *ab*, *quia* etc. lineola distinxerunt scribentes ⲉ̀ⲣⲟϥ, ⲉ̀ⲃⲟⲗ, ⲉ̀ⲟⲩⲱⲙ, et alia sexcenta. Idem statuerunt de ⲁ praefixum imperativi, vel praeteriti, ⲁ̀ⲛⲁⲩ *vide*, ⲁ̀ⲟⲩⲱⲛ *aperi*, ⲁ̀ ⲡϭ̄ⲥ̄ ⲉⲣⲟⲩⲣⲟ *Dominus regnavit.* Deinde ab uno ad alium usum servilem digressi lineola etiam notarunt ⲉ futuri,

ⲉϥⲉ̀ⲣ *faciet*, ⲉⲕⲉ̀ⲥⲱⲧⲉⲙ *audies*; tum alias ⲉ, et ⲁ, et ⲟ, atque ⲱ vix serviles lineola donarunt scribentes ⲉ̀ⲧ *qui*, ⲉ̀ⲫⲗⲏⲟⲩ *vanus*, ut plane credam lineola abusos esse ad notandum etiam accentum tonicum vocabuli. Sic in ⲁ̀ⲛⲟⲕ, ⲉ̀ⲛⲉϩ, ⲉ̀ϫⲉⲛ etc. persuasum habeo lineolam esse accentum; nam cum Thebanis eaedem voces scribantur ⲁⲛ̄ⲕ, ⲉⲛ̄ϩ, ⲉϫ̄ⲛ, debebant esse paroxytonae, nequit enim accentus supra mutam cadere. In ⲱ̀ⲛⲓ, ⲱ̀ⲟⲩ, ⲟⲩⲏ̀ⲟⲩ, ⲁ̀ϣⲁⲓ nihil video nisi accentum. In ⲉ̀ⲛⲓⲑⲩⲙⲓⲁ̀, ⲁ̀ⲡⲟⲙⲓⲁ̀, ⲃⲟⲏ̀ⲑⲓⲁ̀, ⲁ̀ⲁ̀ⲣⲱⲛ, etc., non video quid duplex lineola notet. Anne Memphitae τὸ *methegh* Hebraeorum sunt imitati? Tum si in ⲁ̀ⲥⲉⲃⲏⲥ, ⲕⲁⲑⲉⲁⲣⲁ̀, ⲁ̀ⲅⲁⲑⲟⲛ, ⲉⲣⲉ̀ⲧⲓⲛ, ⲁⲣⲭⲏⲉ̀ⲣⲉⲩⲥ etc. accentum notare voluerunt, dicendum est graecam veritatem corrupisse. Quae quum ita sint, ac lineola Memphitica modo absentiam ⲉ mutae indicaverit, modo distinxerit vocales serviles, aut vocalem accentu donandam, tandem nonnullis in vocibus probabili potestate careat, fateri debemus Memphitarum lineolam potius obscurasse, quam illustrasse linguam eiusque grammaticam. E contrario apud Thebanos sua semper atque unica potestas lineolae mansit, ut defectum ⲉ mutae innueret. Ceterum cum eiusmodi defectus facile intelligatur ex natura consonarum immediate coniunctarum, uti ⲙⲛ, ϣⲙ, ϩⲛ, ϩⲣ etc., equidem in Lexico saepe lineolam omisi, Zoëgam imitatus in suo Catalogo Codicum Copticorum; at eam accurate notarunt Mingarellius in Fragmentis Thebanis, et Woidius in Novo Testamento Sahidico. Miratus vero sum diligentiam Wilkinsii in Pentateucho et Novo Testamento Memphitico, nec non Ideleri in Psalmis item Memphiticis, qui anxia sollicitudine Memphiticam lineolam typis exprimendam curarunt. Equidem in hac Grammatica Thebaicam lineolam notabo, non item Memphiticam.

§ 7. *Puncta, seu Thebaïcum* ϊ, *et Memphiticum* ὶ.

Sola littera Iota punctis insignitur, iisque duobus apud Thebanos quoties posita post aliam vocalem cum ea non coalescit, ut diphthongum efficiat; sic etiam Graeci *οϊ*, *αϊ* scribunt, et Latini *oë*, *aë*. Iota vero non diphthongescit,

1.° Quoties est affixum primae personae singularis, sic in ϵϊ, πϵϊ, ⲁϊ praefixis verborum; in ⲧⲁϫⲣⲟϊ, ϵⲧⲥⲁⲃⲟϊ etc. suffixis verborum, in ϵⲣⲟϊ, ⲛⲁϊ, ϩⲁⲧⲏϊ etc. suffixis particularum vel nominum.

2.° In pronominibus ⲡⲁϊ, ⲧⲁϊ, ⲛⲁϊ, ⲡⲉϊ, ⲧⲉϊ, ⲛⲉϊ.

3.° In plerisque nominibus, verbis, ac particulis quoties est finalis, sic ⲙⲁϊ, ⲙⲉϊ *amare*, ⲙⲟⲩϊ *leo*, ⲛⲟϊ, *intelligere*, ϵϩⲣⲁϊ *in*, ⲏϊ *domus* etc.

4.° Media hisce in vocibus ⲧⲁϊⲟ *honor*, ⲧϭⲁϊⲉ *condemnare*, ϩⲁϊⲃⲉⲥ *umbra*, ⲧⲙⲁϊⲟ *iustificare*, ϫⲁϊⲉ *desertum*, ϫⲟϊⲥ *dominus* etc., earumque compositis.

Quare quoties ⲁⲓ, ⲟⲓ scribitur, credendum est Thebanos uti diphthongos pronunciasse.

Atque ita Thebani. Memphitae vero duo puncta aspernati lineolam supra ⲓ adhibuerunt non in primo aut in secundo Thebanorum casu, sed in omnibus desinentiis in ⲟⲩὶ, quae plerumque plurales sunt, uti ϩⲃⲏⲟⲩὶ *opera*, ⲫⲏⲟⲩὶ *coeli*, ⲙⲟⲩὶ *leo*; tum in aliis in ϵⲩὶ, sic ⲙⲉⲩὶ *memoria*, ⲡⲟⲣⲛⲉⲩὶⲛ *πορνεύειν*, ϵϫⲙⲁⲗⲱⲧⲉⲩὶⲛ *αἰχμαλωτεύειν*. Ad haec scripserunt ὶⲣⲓ *facere*, ⲟⲩὶⲛⲁⲙ *dextera*, ⲣὶⲕⲓ *inclinare*, ὶⲃⲓ *sitis*, ⲁⲗⲗⲏⲗⲟⲩὶⲁ *alleluia*, ὶⲉ *vel*, ὶⲛⲓ *similis esse* etc. Tonicum ne accentum notare voluerunt? Atqui scribunt etiam ὶ *venire*. Anne ⲓ gravidam pro ϵⲓ innuere contenderunt, nam pleraeque ex iis vocibus vel in Memphitica, vel in Thebana dialecto scribuntur etiam ope diphthongi ϵⲓ? Nihil statuo, nisi quod Memphitae multiplicem suae lineolae potestatem mox

recensitam nova hac onerarunt, atque universam signorum diacriticorum theoriam perturbarunt.

§ 8. *Accentus Circumflexus.*

Solis Thebanis in usu est, eoque distinguitur

1.° ⲁ in fine plerarumque vocum in ⲁ exeuntium, sic ⲟⲩⲁ̂ *blasphemia*, ⲟⲩⲁ̂ *unus*, ⲙ̄ⲡϣⲁ̂ *dignus*, ⲙ̄ⲛ̄ⲧϣⲛⲁ̂ *insolentia*, ⲛⲁ̂ *misericordia*, ⲕⲃⲁ̂ *ultio*, ⲥⲁ̂ *pulchritudo*, ⲥⲁ̂ *latus*, ⲛ̄ⲕⲁ̂ *res*, ϩⲓⲗⲁ̂ *maculare*, ⲧⲃⲁ̂ *myrias*, ϣⲁ̂ *festivitas*, ϣⲁ̂ *ortus*. His adde ⲁ̂ⲛ *non*, ⲁⲩⲁ̂ⲛ *color*, et ⲗⲁ̂ⲥ *lingua*. Sane non accentus tonicus notatur, pleraeque enim sunt voces monosyllabae; nec paria vocabula distinguuntur, nam ⲥⲁ̂ sive *pulchritudinem*, sive *latus* significet, et ϣⲁ̂ sive sit *festivitas*, aut *ortus*, eodem circumflexo donantur. Superest igitur, ut peculiaris sonus, isque longus, τοῦ ⲁ innuatur. Et revera Thebani duplici ⲁ scribunt etiam ⲟⲩⲁⲁ, ⲛⲁⲁ, ⲟⲩⲁⲁⲛ, et Memphitae ope diphthongi ⲁⲓ dicunt ⲟⲩⲁⲓ, ⲛⲁⲓ, ⲥⲁⲓ, ⲉⲛϫⲁⲓ, ϣⲁⲓ.

2.° ⲉⲓ in vocibus ⲉ̂ⲓ *venire*, ⲟⲩⲉ̂ⲓ *una*, ⲉ̂ⲓⲣⲉ *facere*, ⲉ̂ⲓⲙⲉ *cognoscere*, ⲉ̂ⲓⲛⲉ *compes*. Ergo apud Thebanos triplex ⲉⲓ distingui debet; ⲉⲓ̈ de quo paullo supra dixi; ⲉⲓ quod passim in textibus occurrit; ⲉ̂ⲓ quod peculiarem sonum habet. Cum vero Memphitae et Basmurici sola vocali ⲓ scribant laudatas voces, ⲓ, ⲟⲩⲓ, ⲓⲣⲓ, ⲓⲙⲓ, ⲓⲛⲓ, suspicor ⲉ̂ⲓ notasse *i* longum.

3.° ⲟ in verbis ⲟ̂ *esse*, et ⲗⲟ̂ *cessare*. Videtur ⲟ longum innui, quasi ⲟⲟ. Sane Memphitae scribunt ⲟⲓ *esse*.

4.° ⲟⲩ in voce ⲟ̂ⲩ *quid?* ut peculiaris pronunciatio indicaretur distincta ab illa articuli indeterminati ⲟⲩ.

5.° ⲱ in vocibus ϭⲱ̂ *manere*, ⲱ̂ⲡ *reputare*, ϯⲟⲩⲱ̂ *germinare*.

Cum Thebani, uti inferius dicam, ament geminare vocales; coniicio eas circumflexo notasse, quas duplicare volebant, ita ut ⲁ̂, ⲱ̂ sint pro ⲁⲁ, ⲱⲱ.

§ 9. *Apostrophus.*

Solis etiam Thebanis in usu est, qui virgulam pingunt ad dexteram consonarum ⲃ, ⲕ, ⲗ, ⲡ, ⲣ, ⲧ, peculiarem earum valorem indicaturi; quare virgula praedictis consonis adscripta apprime respondet accentui circumflexo quibusdam vocalibus imposito.

Commemoratae sex litterae, quoties sunt finales, virgula insigniuntur, sic ⲛⲟⲩⲃ', ⲓ̈ⲁⲕⲱⲃ', ⲃⲱⲕ', ϫⲱⲕ', ⲃⲁⲗ', ⲃⲟⲗ', ⲉⲍⲉⲕⲓⲏⲗ', ⲍⲱⲣⲟⲃⲁⲃⲉⲗ', ϣⲟⲟⲡ', ϩⲁⲡ', ⲁⲏⲣ', ϣⲃⲏⲣ', ⲥⲱⲧⲏⲣ', ⲉⲃⲟⲧ', ϩⲁⲧ', ⲕⲱϩ̄ⲧ'. Tum in media voce ⲃ in ⲧ̄ⲃ'ⲛⲏ, ⲧ̄ⲃ'ⲛⲟⲟⲩⲉ — ⲕ quoties est affixum secundae personae sing. masc. ⲉⲕ'ϫⲓ *accipis*, ⲡⲉⲕ'ⲕⲁϩ *terra tua*, ⲁⲕ'ⲧ̄ⲛ̄ⲛⲟⲟⲩ *misisti* — ⲗ in ⲥⲟⲗ'ⲥ̄ⲗ̄ — ⲣ in ϣⲧ̄ⲣ̄'ⲧⲱⲣ, ϩⲃ̄ⲣ̄'ⲃⲱⲣ, ⲣ̄'ϩⲱⲃ *operari.*

Sane apostrophus peculiarem harum litterarum pronuntiationem notare debet, ego vero suspicor asperam. Enimvero, uti paullo supra monebam, Thebani numquam adhibent aspiratas litteras ⲑ, ⲫ, ⲭ, quae saepe apud Memphitas, et raro apud Basmuricos in usu sunt. Fieri tamen potuit, ut antiqua Thebanorum dialectus paullatim vergens ad sororia idiomata coeperit quibusdam in adiunctis asperum litterarum ⲧ ⲡ ⲕ sonum admittere; cum vero in alphabetum inducere nova elementa ⲑ ⲫ ⲭ recusarent, maluerunt virgula notare litteras ⲧ ⲡ ⲕ, quae aspero sono essent efferendae, non secus ac Iudaei τῷ *Raphe*, ac Syri τῷ *Ruchoch* distinguunt litteras בגדכפת. Sane quoties eiusmodi litterae geminatae leguntur, numquam eas vidi apostropho distinctas; exploratum autem est litteram asperam ge-

minari non posse. Praeterea vocabula, in quibus ϭ' occurrit, eadem etiam elemento ϥ Thebaice scribi possunt, uti ⲛⲟⲩϭ' et ⲛⲟⲩϥ, ϩⲱⲧϭ' et ϩⲱⲧϥ. Voces vero, quae apud Thebanos habent ⲕ' ⲡ' ⲧ', solent a Memphitis exarari elementis ϫ. ϕ. ⲑ. Explicandae supersunt ⲗ et ⲣ. Dicere possem ρ apud Graecos modo lene modo asperum esse, apud Hebraeos vero semper asperum utpote quod τῷ *daghesc* numquam geminatur; atque adeo Thebaicum ⲣ fuisse duplici sono donatum. Sed cum videam ⲣ Thebanorum saepe converti in ⲗ Basmuricum, maxima affinitas et permutatio admittenda est inter ⲣ et ⲗ, adeoque fuit ⲣ quod vergeret ad ⲗ, ac vicissim ⲗ quod inclinaret ad ⲣ, apostropho vero irregularis utriusque elementi pronunciatio notata fuit.

Quae si vera sunt, quisque videt Thebanum idioma semina continuisse aspirationum, aliarumque permutationum, quae in dialectis Memphitica et Basmurica explicatae apparent.

Ceterum puncta, accentus circumflexus, atque apostrophus, quae in antiquioribus codicibus passim invenies, non solent typis exprimi.

CAPUT II.

DE DIALECTIS.

Dialectos pro re nata iam commemoravi, sed res enucleatius explicanda est. Sermo Copticus tres habet dialectos. Prima, quam frequentabant incolae superioris Aegypti, Thebana dicitur ab urbe Thebarum, vel Saidica ab Arabico vocabulo *Saïd*, quod meridionalem

hanc Aegypti partem notat. Altera Memphitica appellatur ab urbe Memphi, qua utebantur Aegyptii ad septemtrionem positi in Aegypto inferiori. Tertia est Basmurica, de qua post Picquesium, Munterum, et Georgium fuse disseruerunt Zoëga, Quatremere, atque Engelbreth (1); hac, utpote ex Memphitico et Thebano idiomate conflata, usae videntur regiones, fortasse Oases, quae inter superiorem atque inferiorem Aegyptum continebantur. Quaerenti vero quaenam ex tribus dialectis purior sit ac magis intaminata, respondeo Thebanam ceteris praestare, quod facile colligitur sive ex natura sermonis propius ad analogiam exacti, ac minus foedati Graecis vocabulis, sive ex situ regionis longius ab exterorum consuetudine dissitae. Quae quum ita sint, grammatica Coptica non solum tria haec idiomata explicare debet, sed etiam Thebanum constituere tamquam ceterorum fundamentum. At, cum Basmurici sermonis vix pauca fragmenta innotescant, haud semper potui Basmuricas formas citare; nam religioni duxi eas tantum in medium proferre, quae certo librorum testimonio firmarentur.

Ut vero trium idiomatum diversitas facilius aestimetur, eas mutationes exponam, quas patiuntur litterae, quin ulla grammatica ratio intercedat; nam varietates ad grammaticam spectantes suo quasque loco declarabo. Siglae T. M. B. indicabunt voces dialecti Thebanae, Memphiticae, Basmuricae.

---

(1) Zoëga *Catalogus Codicum Copt.* p. 139 sq. Quatremere *Recherches critiques et historiques sur la langue et la littérature de l'Égypte* p. 147 sq. Engelbreth *Fragmenta Basmurico-Coptica V. et N. Testamenti* p. v. sq.

ⲁ Basmurice scribitur pro ⲟ, ⲱ Thebano et Memphitico

ⲉⲃⲟⲗ T. M.	*ab*	ⲉⲃⲁⲗ B.		
ⲁⲛⲟⲛ	*nos*	ⲁⲛⲁⲛ		
ⲟⲛ	*etiam*	ⲁⲛ		
ⲱⲛ̄ϩ	*vivere*	ⲁⲛ̄ϩ		
ⲙⲙⲱⲧⲉⲛ	*vos*	ⲙⲙⲁⲧⲉⲛ, et sic saepissime.		

— Basmurice etiam adhibetur pro ⲉ Th. Mem.

ⲉϩⲉ T. M.	*bos*	ⲁϩⲉ B.
ϣⲉⲛ	*emere*	ϣⲁⲛ
ⲉⲣⲏⲧ	*invicem*	ⲁⲗⲏⲧ
ϥⲉⲧ	*abstergere*	ⲃⲁⲧ.

— Basmurice quandoque, et raro Thebaice, supplet ⲉ mutam, seu lineolam

ⲟⲩⲱⲛ̄ϩ T. M.	*manifestare*	ⲟⲩⲱⲛⲁϩ T.	ⲟⲩⲁⲛⲁϩ B.
ⲥⲱⲛ̄ϩ	*ligare*		ⲥⲁⲛⲁϩ
ϣⲱⲗϩ	*stigma*	ϣⲱⲗⲁϩ	
ⲧⲱⲃ̄ϩ	*oratio*		ⲧⲱⲃⲁϩ.

— et ⲉ Thebaice et Memphitice permutantur

ⲁϣ T.	*suspendere*	ⲉϣ M.
ⲁⲗⲟⲗⲓ M.	*uva*	ⲉⲗⲟⲟⲗⲉ T.
ⲁⲃⲟⲧ M.	*mensis*	ⲉⲃⲟⲧ T.
ⲕⲁⲥ M.	*os*	ⲕⲉⲉⲥ T.

ⲉ Basmurice usurpatur pro ⲁ T. M.

ϩⲉⲛ *iudicium*, ⲉⲛ *non*, ⲙⲉ *locus*, ⲗⲉϣⲓ *gaudere*, ⲕⲉϩⲓ *terra*, ⲛⲉⲩ *videre* pro T. M. ϩⲁⲛ, ⲁⲛ, ⲙⲁ, ⲣⲁϣⲓ, ⲕⲁϩ, ⲛⲁⲩ, et sic saepissime.

— Memphitice semper, et Basmurice saepius, supplet ⲉ mutam, seu lineolam Thebanorum

ⲥⲱⲣⲙ̄ T.	*errare*	ⲥⲱⲣⲉⲙ M.	
ⲃⲣ̄ⲣⲉ	*novus*	ⲃⲉⲣⲓ	ⲃⲉⲣⲓ B.
ⲉϫⲛ̄	*super*	ⲉϫⲉⲛ	ⲉϫⲉⲛ

ⲙ̄ⲕⲁϩ T. *affligere* ⲉⲙⲕⲁϩ M. ⲉⲙⲕⲉϩ B.
et passim.

ⲏ Basmurice pro ⲁ T. M.

ⲛⲁϥ T. M.	*ei*	ⲛⲏϥ B.
ⲉϩⲣⲁⲓ	*super*	ⲉϩⲗⲏⲓ
ⲛⲁⲩ	*eis*	ⲛⲏⲩ
ⲛⲁⲛ	*nobis*	ⲛⲏⲛ

— Memphitice pro ⲁ

ⲛⲁⲓ T.	*mihi*	ⲛⲏⲓ M.
ⲉϩⲣⲁⲓ	*super*	ⲉϩⲣⲏⲓ

— Basmurice etiam pro ⲉ T. M. finali

ϣⲉ T. M.	*lignum*	ϣⲏ B.
ϩⲉ	*modus*	ϩⲏ
ⲁⲡⲉ	*caput*	ⲁⲡⲏ
ⲃ̄ⲗⲗⲉ	*coecus*	ⲃⲉⲗⲗⲏ.

ⲓ Memphitice et Basmurice pro ⲉ finali Thebanorum

ϣⲓⲛⲉ T.	*quaerere*	ϣⲓⲛⲓ M. B.
ϣⲓⲡⲉ	*erubescere*	ϣⲓⲡⲓ, et sic millies.

— Memphitice pro ⲉⲓ T. B.

ⲉⲓⲛⲉ T.	ⲉⲓⲛⲓ B.	*ducere*	ⲓⲛⲓ M.
ⲉⲓⲧⲛ̄	ⲉⲓⲧⲉⲛ	*fimus*	ⲓⲧⲉⲛ
ⲧⲙⲁⲉⲓⲟ		*iustificare*	ⲑⲙⲁⲓⲟ
ϫⲟⲉⲓⲧ		*oliva*	ϫⲟⲓⲧ

et saepe.

— Memphitice et Basmurice additur in fine vocum

ⲟ	*esse*	ⲟⲓ M.	ⲁⲓ B.
ⲕⲁϩ	*terra*	ⲕⲁϩⲓ	ⲕⲉϩⲓ
ⲟⲩⲁ	*unus*	ⲟⲩⲁⲓ	ⲟⲩⲉⲓ
ϩⲉ	*cadere*	ϩⲉⲓ	ϩⲏⲓ
ϥⲱ	*capillus*	ϥⲱⲓ	
ϫⲟ	*murus*	ϫⲟⲓ	

Quare dici potest Memphitas et Basmuricos maxime amare ⲓ in fine vocum.

ω Memphitice pro Thebano oε

ογοϩι	*agricola*	ογωι M.
ογοειн	*lux*	ογωιнι
ϩοειρε	*excrementum*	ϩωιρι
coειϣ	*par boum*	ϣωϣ.

— Memphitice pro Thebano o, vide mox.

ⲁⲩ Basmurice pro T. ooⲩ et M. ωoⲩ

ροοⲩнε	*virgo*	ρωογнι M.	λⲁⲩнι B.
εcooⲩ	*ovis*	εcωoⲩ	εcⲁⲩ
κooⲩε	*alii*	κεϫωογнι	κεκⲁⲩнι

tum Basmurici scribunt ϫⲁⲩ *mittere*, ⲙⲁⲩ *aqua*, ⲧⲁⲩ *mons*, ⲁⲩ *gloria*, pro Thebanis ϫooⲩ, ⲙooⲩ, τooⲩ, εooⲩ.

εει Basmurice in fine vocum pro T. ⲁ, et M. ⲁι

ϣⲁ	*dies festus*	ϣⲁι M.	ϣεει B.
нⲁ	*misereri*	нⲁι	нεει
ογⲁ	*unus*	ογⲁι	ογεει
coγⲁ	*neomenia*	coγⲁι	coγεει.

Thebani et Basmurici amant geminare vocales, praeter ι

ογⲁⲁⲃ	*purus esse*	ογⲁⲃ M.	ογεεⲃ B.
ⲙⲁγⲁⲁτ	*solus ego*	ⲙⲁγⲁτ	
ⲙⲁⲁⲩ	*mater*	ⲙⲁⲩ	
ⲙεεγε	*cogitare*	ⲙεγι	ⲙннογι
ϣεερε	*filia*	ϣερι	ϣннλι
ⲙннϣε	*multitudo*	ⲙнϣ	ⲙннϣι
ⲙooϣε	*ambulare*	ⲙoϣι	ⲙooϣι
ⲙooнε	*pascere*	ⲙoнι	ⲙⲁⲁнι
ετooτϥ	*ei*	ετoτϥ	ετⲁⲁτϥ
ϣιωωτ	*amputare*	ϣωτ.	

— Multis vocalibus delectantur Thebani, sic

ϫογωτ	*viginti*	ϫωτ M.
ειoop, ειερο	*fluvius*	ιⲁρο
ειωϩε	*ager*	ιοϩι
ειεογλ, εειεογλ, εειειογλ	*cervus*	ειογλ.

ϐ Basmurice pro ϥ T. M. sic ϐⲁⲧ *abstergere*, ⲟⲛϐⲓ *ensis*, ϣⲁϐⲏ *desertum*, ϐⲓ *ferre*, ⲛⲓϐⲓ *spirare* pro T. M. ϥⲉⲧ, ⲥⲏϥⲓ, ϣⲁϥⲉ, ϥⲓ, ⲛⲓϥⲓ.

ⲑ Memphitice pro T. B. ⲧ exempla sunt obvia, nam Thebani et Basmurici numquam adhibent ⲑ nisi contractum ex ⲧϩ, uti ⲑⲉ pro ⲧϩⲉ *modus*.

ⲗ Basmurice pro ⲣ T. M. sic ⲗⲟⲙⲡⲓ *annus*, ⲗⲁⲕϩ *uri*, ⲗⲉⲛ *nomen*, ⲗⲉⲧ *pes*, et alia bene multa pro T. M. ⲣⲟⲙⲡⲓ, ⲣⲟⲕϩ, ⲣⲁⲛ, ⲣⲁⲧ.

ⲛ Memphitice, et quandoque Basmurice excidit a Thebano ⲙ̄ⲛⲧ, ac suppletur littera ⲉ:

ⲙ̄ⲛⲧⲣⲉ	*testis*	ⲙⲉⲧⲣⲉ, ⲙⲉⲑⲣⲉ M.
ϣⲟⲙ̄ⲛⲧ	*tres*	ϣⲟⲙⲧ
ⲙ̄ⲛⲧ	*praefixum nominum abstractorum*	ⲙⲉⲧ M. B.
ϩⲟⲙ̄ⲛⲧ	*aes*	ϩⲟⲙⲧ M.

Thebani etiam pro ⲧⲱⲙ̄ⲛⲧ *occurrere*, ⲥⲟⲙ̄ⲛⲧ *tendere* Memphitice scribunt ⲧⲱⲙ̄ⲧ, ⲥⲱⲙ̄ⲧ.

ⲥ Memphitice saepe scribitur pro ϣ Thebano, et contra

ϣⲁϫⲉ	*dicere*	ⲥⲁϫⲓ M.
ϣⲟϫⲛⲉ̂	*consilium*	ⲥⲟϭⲛⲓ
ϣⲱϫ̄ⲛ	*superesse*	ⲥⲱϫⲛ
ⲥϭⲏⲣ	*navigare*	ϣϭⲏⲣ
ⲥⲁϣϥ	*septem*	ϣⲁϣϥ
ⲥⲟⲉⲓϣ	*par boum*	ϣⲱϣ
ⲥⲁⲛϣ	*nutrire*	ϣⲁⲛⲥ.

ⲫ Memphitice pro Thebano et Basmurico ⲡ. Exempla passim occurrunt, soli enim Memphitae adhibent elementum ⲫ. Id etiam scribitur pro ϐ, uti ϣⲫⲏⲣ pro T. ϣϐⲏⲣ *socius*.

ⲭ Memphitice pro Thebano et Basmurico ⲕ. Soli Memphitae utuntur aspirata ⲭ; exempla sunt obvia.

ϧ Memphitice pro Thebano et Basmurico ϩ; nam

eiusmodi elementum ϧ apud solos Memphitas occurrit.

ϫ Memphitice pro ϭ Thebano et Basmurico, et vicissim

ϭⲟⲛⲥ T.	*violentia*	ϫⲟⲛⲥ M.	ϭⲁⲛⲥ B.
ϭⲟⲙ T. B.	*vis*	ϫⲟⲙ	
ⲥⲟϭ T.	*insanus*	ⲥⲟϫ	
ⲉⲗϭⲱⲃ	*ardea*	ⲉⲗϫⲱⲃ	
ϫⲓⲟⲩⲉ	*furari*	ϭⲓⲟⲩⲓ	ϫⲓⲟⲩⲓ
ϫⲟ	*serere*	ϭⲟ	ϫⲁ
ϫⲉⲣⲉ	*accendere*	ϭⲉⲣⲉ	ϫⲉⲗⲁ.

Sunt praeterea nonnullae voces, quae ad analogiam revocari nequeunt

ⲁⲩⲱ T. B.	*et*	ⲟⲩⲟϩ M.	
ⲛⲓⲙ T.	*omnis*	ⲛⲓⲃⲉⲛ	ⲛⲓⲃⲓ, ⲛⲓⲙ B.
ⲁϩⲣⲟ	*cur*	ⲁϧⲟ	

Atque hae sunt praecipuae permutationes vocalium et consonarum in tribus dialectis.

CAPUT III.

DE RADICIBUS PRIMARIIS.

Uti radix primitiva iure illa forma constitui debet, quae simplicior sit. Plerumque est monosyllaba, uti ⲁ T. ⲁⲓ M. *facere*, ⲟ T. ⲟⲓ M. *esse* — ⲁϣ *suspendere*, ⲱϣ *legere*, ⲱⲡ *numerare* — ⲕⲱ *ponere*, ⲙⲉ *amare*, ⲙⲟⲩ *mori*, ⲛⲁⲩ *videre* — ϣⲃ̄ *mutare*, ⲃⲗ̄ *solvere*, ⲕⲗ̄ *volvere* — ϣⲁⲩ *indigere*, ϣⲉϣ *spargere* — ⲥⲙ̄ⲛ *constituere*, ⲥⲛ̄ⲧ *creare* — ⲱⲧⲡ̄ *ferre* — ⲛⲟⲧⲙ̄ *iucundus esse*, ⲥⲱⲛϩ̄ *ligare*, atque aliae permultae. Quare coniicere licet, primitivas radices Copticas fuisse monosyllabas, quod philologi de Hebraico sermone aliisque suspican-

tur. At cum multae radices primariae antiquatae fuerint, bisyllaba earum derivata necessario admittenda sunt veluti primaria in eo Lexico, quod non philologorum coniecturas referat, sed sinceram linguae conditionem, cuiusmodi ad nos pervenit. Hinc sunt ϣпнре *mirari*, λαλε *ungere*, пωϭε *rumpi*, pooⲧϣ *curare* etc. Ad haec trisyllaba, quae tamen rara sunt, ac plerumque vocibus vel peregrinis, vel compositis merito accensentur.

Porro radices ex consonis et vocalibus constant; illae ad radicis substantiam ita pertinent, ut mutari nequeant; ex vocalibus aliae sunt radicales, aliae indifferentes. Sane in radicibus cα *pulcher esse*, cε *bibere*, cι *satiare se*, co *sex* vocales esse debent radicales, nisi omnia confundere velimus. Tamen ex cα oritur necε et enecωϥ *pulcher*; praeter cε *bibere* scribitur etiam cω; non tantum cι, sed etiam cει *satiare se* scriptum legitur, et passive cнⲧ *satiari*; nempe vocales radicales quandoque mutantur. Anne veteribus Aegyptiis erant litterae infirmae אהוי, ita ut allatae radices ita concipi possint scriptae סא, סה, סי, סו, quae varias admitterent vocales, vel litterarum infirmarum permutationes, uti in Semiticis dialectis? Coniecturam enunciavi, cuius veritas aestimabitur quando hieroglyphicum systema liquido cognitum sit. Sed, quamquam res ita se habeat, tot diversae radices sunt admittendae, quot diversas significationes induit unum idemque monosyllabum. Ita ϩα *sub — ventilabrum — licium*, ϩε *cadere — modus*, ϩн *facies — uterus*, ϩι *in — iacere*, ϩω *sufficere — etiam*, diversae sunt radices, quia diversas habent notationes.

Quod si vocales radicales fluctuant instabiles, potiori iure mutantur indifferentes. Radices, quae ex duabus vel tribus consonis coalescunt, equidem coniicio antiquis temporibus elatas fuisse cum *e* muta, uti ϣ̄ƀ, κ̄λ, c̄p, c̄м̄n *sceb*, *chel*, *ser*, *smen*, cuius scripturae non pauca

exempla adhuc suppeditant textus Saidici; progressu vero temporis aliis atque aliis vocalibus animatas fuisse pro varia locorum ac temporum indole. Sane quin significatio mutetur scribitur ϧⲁϣ, ϧⲉϣ, ϧⲱϣ *exuere*, ⲕⲁⲥ, ⲕⲉⲥ, ⲕⲱⲥ *curare cadaver*, ⲕⲉⲧ, ⲕⲟⲧ, ⲕⲱⲧ *aedificare*, ⲙⲁϩ, ⲙⲉϩ, ⲙⲟϩ, ⲙⲟⲩϩ *implere*, ⲙ̄ⲕⲁϩ, ⲙⲉⲕϩ, ⲙⲟⲕϩ, ⲙⲟⲩⲕϩ *affligere*, ⲙⲉϣⲧ, ⲙⲟϣⲧ, ⲙⲟⲩϣⲧ *perlustrare*, quas prisca aetas scribebat ϧ̄ϣ, ⲕ̄ⲥ, ⲕ̄ⲧ, ⲙ̄ϩ, ⲙⲕ̄ϩ, ⲙ̄ϣⲧ. Rara est vocalis insititia ⲓ.

§ 1. *De Radicibus Derivatis.*

Ex primaria radice aliae oriuntur derivatae.

1.° Si vocalem radicis mutes in ⲏ, radix passivam induit significationem. Sic

ⲕⲱ *ponere*, ⲕⲏ *poni*
ⲧⲱϩ *miscere*, ⲧⲏϩ *misceri*
ⲗⲱϭ *occultare*, ⲗⲏϭ *occultari*
ⲱⲡ *numerare*, ⲏⲡ *numerari*

vide ϧⲏϣ, ⲧⲏⲧ, ⲧⲏϣ, ⲧⲏϭ, ϣⲏϣ, ϭⲏⲟⲩ etc. Saepe tamen eiusmodi formae activam adhuc retinent significationem, ita ⲗⲏϭ *occultare*, ϫⲏⲕ, *perficere*, et *perfici*; quam confusionem ortam existimo ex *etacismo*, cuius gratia cum ϫⲉⲕ et ϫⲏⲕ idem sonarent *gek*, amanuenses alterum cum altero permntarunt.

2.° Duplicando radicem,

ϩⲱⲡ *iubere*, ϩⲟⲡϩⲉⲡ *idem*
ⲥⲣⲟⲙ *somnus*, ⲥⲣ̄ⲙⲣⲱⲙ *obtenebrari*
ⲗⲟϥ *fatuus esse*, ⲗⲟϥⲗⲉϥ *conteri*
ϧⲣⲓϫ *frendor*, ϧⲣⲁϫⲣⲉϫ *frendere*.

Quare verborum ⲥⲕⲣⲕⲱⲣ *volutare se*, ⲥ̄ⲗⲥ̄ⲗ *consolare*, ⲥⲉⲡⲥⲉⲡ *sonare*, ϣⲑⲉⲣⲑⲱⲣ *turbare*, primaria radix, etsi desideretur, suspicari tamen potest fuisse ⲥⲕ̄ⲣ, ⲥ̄ⲗ, ⲥ̄ⲡ, ϣⲑⲉⲣ.

3.° Mediam in vocem inserendo vocales indifferentes,

сотп, соотп, сωотп, сотωп, сотєп *cognoscere*

мєтє, мєєтє *cogitare*

мошι, моошι *ambulare*

нотм̄, ноттєм *dulcis esse.*

4.° Addito ⲁ initio vocis,

отωп, ⲁотωп *aperire*

шкⲁк, ⲁшкⲁк *clamare*

моні, ⲁмоні *pascere*

єотω, ⲁотω *pignus.*

Rara sunt eiusmodi derivata.

5.° Addito п̄ T., єп M. initio vocis,

шⲁшι T. *amaritudo*, єпшⲁшι M. idem

шот T. *durities*, п̄шот T., єпшот M. idem

ϫⲁι M. *res*, єпϫⲁι idem

отоι T. M. *impetus*, єпотоι M. idem

6.° Addito ш intensivo initio vocis,

тωм, штⲁм T. *claudere*

тм̄ T, штєм M. *non*

λотλⲁι T, шλотλⲁι T, єшλнλоτι M. *iubilare.*

7.° Si in fine radicis addas є Thebaice, vel ι Memphitice et Basmurice, ac mutes vocalem radicis, oriuntur radices bisyllabae, quin vocis potestas mutetur,

мєс T. M. *parere*, hinc мιсє T, мιсι, мосι M.

мєш M. *percutere*, hinc мιшє T, мιшι M. B. мⲁшι M.

пєϥ T. *sufflare*, hinc пιϥє T, пιϥι M.

рєк M. *inclinare*, hinc рιкє, рокє T, рιкι, рⲁкι M.

шωк M. *fodere*, hinc шιкє T, шωкι M.

Ex hoc fonte fluunt pleraque derivata Coptici sermonis.

8.° Addito м, vel єм in fine vocis,

отωϩ T. M. B. *addere*, отωϩм̄ T, отωϩєм M, отⲁϩєм B.

сωр T. M. *spargere*, сωрєм T. M. *vagari*

ϣⲗ T. M. *attollere*, ϣⲗⲙ̄ T. idem.

9.° Addito ⲥ in fine vocis,

ϫⲟ, ϫⲟⲥ *dicere*, ⲧⲱⲟⲩⲛ, ⲧⲟⲩⲛⲟⲥ *surgere*

ⲧⲉⲃ *sigillo obsignare*, ⲧⲉⲃⲥ *sigillum*

ϫⲱⲣϫ *insidiari*, ϫⲟⲣϫ̄ⲥ *insidiae*

ϭⲟⲟⲗⲉ *vestire*, ϭⲟⲟⲗⲉⲥ *vestis*.

10.° Addito ϥ in fine vocis,

ⲥⲱϣ, ⲥⲱϣϥ *spernere*, ⲛⲁϩⲃ, ⲛⲁϩⲃ̄ϥ *iugum*

ⲟⲩⲱⲙ *comedere*, ⲟⲩⲟⲙ̄ϥ *praesepe*.

CAPUT IV.

DE VERBIS COMPOSITIS.

Radices componuntur vel cum aliis radicibus, vel cum particulis, vel cum affixis. De postremis, quae constituunt nominum formas, non dicam, universa enim grammatica mihi esset in antecessum evolvenda; quare duo prima tantum composita exponam.

§ 1. *De Compositis ex duabus radicibus.*

Linguae natura facile Coptis suadebat, ut radices componendo ideas complexas exprimerent; tum in convertendis utriusque foederis libris accessit necessitas aemulandi graeca composita textus. Hinc sunt

T. ⲥⲉⲕⲙⲟⲟⲩ *haurire* a ⲥⲉⲕ *trahere*, et ⲙⲟⲟⲩ *aqua*

ⲛ̄ⲁϣⲧⲙⲁⲕϩ *pervicax* a ⲛⲁϣⲧ *durus*, et ⲙⲁⲕϩ *cervix*

M. ⲥⲑⲟⲓⲛⲟⲩϥⲓ *aroma* a ⲥⲑⲟⲓ *odor*, et ⲛⲟⲩϥⲓ *bonus*

ⲛⲉⲃⲏⲓ̈ *paterfamilias* a ⲛⲏⲃ *dominus*, et ⲏⲓ̈ *domus*.

Sed potiora composita ex radicibus sequentibus oriuntur

1.° κω T. B. ϫω M. *ponere*, *deponere*, in compositis κⲁ, et ϫⲁ. Hinc T. κⲁⲣⲱ *os deponere*, *silere*, M. ϫⲁϫιϫ *manus imponere*.

2.° ⲙⲉ vel ⲙⲉϊ *amare*, in compositis ⲙⲁϊ. Hinc T. ⲙⲁϊⲛⲟⲩⲧⲉ *amans Deum*, *religiosus*, M. ⲙⲁϊϣⲉⲙⲙⲟ *amans hospites*, *hospitalis*.

3.° ⲣ̄ vel ⲉⲣ T. ⲉⲣ M. ⲉⲗ B. *facere*, *esse*, *fieri*, *evadere* permulta habet composita. Hinc

T. ⲣ̄ⲡⲙⲉⲉⲩⲉ, vel ⲉⲣⲡⲙⲉⲉⲩⲉ, M. ⲉⲣⲫⲙⲉⲩⲓ, B. ⲉⲗⲡⲙⲟⲩⲓ *commemorare*, *recordari* a ⲙⲉⲉⲩⲉ etc. *cogitatio*

Et T. M. ⲉⲣⲁⲡⲁⲥ, B. ⲉⲗⲉⲥ *veterascere* ab ⲁⲡⲁⲥ T. M, et ⲉⲥ B. *vetus*.

In hisce compositis τὸ ⲣ numquam cum sequenti vocali in unam syllabam coalescit, sed solitarium manet, ac lineola apud Thebanos inscribitur, uti ⲣ̄ⲁⲥ *veterascere*. Eiusmodi composita facile ex eorum imperativis aestimantur, uti dicam infra ad imperativos verborum.

4.° ϯ *dare*. Hinc ϯⲉⲟⲟⲩ T, ϯⲱⲟⲩ M, ϯⲉⲁⲩ B. *dare gloriam*, *glorificare*; ϯⲙ̄ⲕⲁϩ T. M. *dare dolorem*, *affligere*.

ⲧ, et Memphitice ⲑ scribitur ante quasdam consonas et vocales, uti

ⲧⲥⲁⲃⲉ T. M, ⲧⲥⲁⲃⲁ B. *dare doctrinam*, *docere*

ⲧⲙⲁϊ T, ⲑⲙⲁι M, ⲧⲙⲁϊⲁ B. *dare iustitiam*, *iustificare*

ⲧⲟⲩϫⲟ T. M, ⲧⲟⲩϫⲁ B. *dare salutem*, *sanare*, *servare*.

ⲧ ante ϩ contrahitur in ⲑ, uti

ⲑⲃ̄ⲃⲓⲟ T, ⲑⲉⲃⲓⲟ M, ⲑⲉⲃⲓⲁ B. *humiliare* a ⲧ et ϩⲟⲃⲉ *humilis*.

ⲧⲁ scribitur ante duas consonas, uti

ⲧⲁϫⲣⲉ T. M. *firmum reddere* a ⲧ et ϫⲱⲣ *fortis*, *firmus*

ⲧⲁⲛϩⲟ T, ⲧⲁⲛϧⲟ M. *vivificare* a ⲧ et ⲱⲛ̄ϩ T, ⲱⲛϧ M. *vita*.

Si ob crasim vel transpositionem litterarum, quae in hisce compositis saepe locum habet, dubites utrum τὸ ⲧ sit radicale, imperativi omne dubium eximent, uti infra ad imperativos verborum monebo.

5.° ϣⲉⲡ T. M, ϣⲁⲡ B. *sumere*, *sustinere*. Hinc ϣⲡ̄ϩⲓⲥⲉ T, ϣⲉⲡϩⲓⲥⲓ M, ϣⲁⲡϩⲓⲥⲓ B. *sumere dolorem*, vel *conatum*, *pati*, *conari*.

6.° ϣⲟⲣⲡ̄ *primus*. Hinc ϣⲣ̄ⲡⲥⲟⲟⲩⲛ T. *praecognoscere*, ϣⲟⲣⲡⲛ̀ⲑⲁϣ *praedestinare*; ita Copti imitantur graeca composita cum πρῶτον, vel πρὸ.

7.° ϥⲓ, ϥⲁⲓ *sumere*, *ferre*. Hinc ϥⲓⲱⲡ T. M. *sumere computum*, *computare*, *numerare*, ϥⲓⲣⲟⲟⲩϣ T. *sumere curam*, *curare*, ϥⲁⲓⲛⲁϩⲃ T. *portans iugum*, *subiugalis*, ϥⲁⲓⲟⲩⲧⲁϩ M. *fructiferus*.

8.° ϩⲓ T. M. *iacere*. Hinc ϩⲓⲱⲛⲉ T, ϩⲓⲱⲛⲓ M. *iniicere lapides*, *lapidare*; ϩⲓⲑⲁϥ M. *iniicere sputum*, *spuere in aliquem*.

9.° ϫⲉⲙ M, ϭⲛ̄ T, ϭⲉⲙ B. *invenire*. Hinc ϫⲉⲙϩⲏⲟⲩ M, ϭⲛ̄ϩⲏⲩ T, ϭⲙ̄ϩⲏⲟⲩ B. *invenire lucrum*, *lucrari*.

10.° ϫⲓ T. B. ϭⲓ M. *accipere*, *excipere*. Hinc ϫⲓⲥⲙⲏ T. B, ϭⲓⲥⲙⲏ M. *accipere vocem*, *audire*; ϫⲓϩⲁⲡ T, ϭⲓϩⲁⲡ M. *accipere iudicium*, *iudicari*; ϫⲓⲛ̄ϭⲟⲛⲥ T. *excipere violenter*, *vim inferre*.

Recensitis verbis, quae praefiguntur, adde nomina quae suffiguntur. Praecipua sunt

1.° ⲧⲟⲧ M, ⲧⲟⲟⲧ T, ⲧⲁⲁⲧ B. *manus*. Hinc ϯⲧⲟⲧ M, ϯⲧⲟⲟⲧ T. *dare manum*, *adiuvare*; ϣⲉⲡⲧⲟⲧ M, ϣⲡ̄ⲧⲟⲟⲧ T. *accipere manum*, *salutare*, *desponsare*.

2.° ϩⲏⲧ *cor*. Hinc ϯϩⲏⲧ T. M. B. *dare cor*, *animadvertere*; ϣⲉⲡϩⲏⲧ T. M. *poenitere*.

Nomina etiam cum nominibus copulantur. Potiora sunt

1.° ⲙⲁ T. M. B. *locus*. Hinc ⲙⲁⲛ̄ⲉⲗⲟⲟⲗⲉ T, ⲙⲁ-

ⲁⲗⲟⲗⲓ M, ⲙⲁⲛⲁⲗⲁⲗⲓ B. *locus uvae*, *vinea*; ⲙⲁⲙ̄ⲡⲱⲧ T, ⲙⲁⲙ̀ⲫⲱⲧ M. *locus fugae*, *refugium*.

2.° ⲣⲙ̄ T, ⲣⲉⲙ M, ⲗⲉⲙ B. pro ⲣⲱⲙⲉ *homo* notat *incolam* alicuius loci. Hinc ⲣⲙ̄ϯⲙⲉ T, ⲣⲉⲙⲛ̀ϯⲙⲓ M, ⲗⲉⲙϯⲙⲓ *incola pagi*, *paganus*; ⲣⲙ̄ⲛ̄ⲕⲏⲙⲉ T, ⲣⲉⲙⲛ̀ⲭⲏⲙⲓ M. *incola Aegypti*, *Aegyptius*.

3.° ⲥⲁ T. M. *pars*. Hinc ⲥⲁⲃⲟⲗ T. M. *extra*, ⲥⲁⲙⲙⲁⲓ M. *hinc*, et sic alia adverbia loci oriuntur.

Commemorare possem ⲉⲓⲉϩ T, ⲓⲁϩ M. *campus*, ⲉⲓⲉⲡ T, ⲓⲉⲃ M. *opus*, *opificium*, aliaque, ex quibus nonnulla fluunt composita.

Tandem praepositiones ⲉ *ad*, ϩⲁ *sub*, ϩⲓ *in*, ϩⲓⲧⲛ̄ *per*, aliaeque assumpturae suffixa copulantur cum nominibus ⲣⲟ *os*, ⲣⲁⲧ *pes*, ⲧⲟⲧ *manus*, atque evadunt ⲉⲣⲟ, ϩⲁⲣⲟ, ϩⲁⲣⲁⲧ, ϩⲓⲣⲟ, ϩⲓⲧⲟⲟⲧ, etc.

Quanti facienda sit haec doctrina de vocabulis compositis, ut a Coptico sermone ad Aegyptium assurgamus, exemplo declarabo. Horapollo *Hieroglyph.* 1. 7. illustraturus nomen Aegyptium βαιὴθ ait ἔστι γὰρ τὸ μὲν βαΐ ψυχὴ, τὸ δὲ ἠθ καρδία. Porro apud Coptos passim occurrit ϩⲏⲧ *cor*, at ⲃⲁⲓ *anima* nemo vidit; Iablonski enim *Opuscul.* 1. 47 perperam explicat ⲃⲁϩⲓ *longaevum*, nec meliora profert Leemans nuperus Horapollonis editor. Atqui ⲃⲁⲓ *anima* superest in Coptico vocabulo composito. Enimvero Thebaice ϩⲣⲟⲩⲃⲃⲁⲓ, et Memphitice ϧⲁⲣⲁⲃⲁⲓ, vel ϧⲣⲱⲟⲩ ⲙ̀ⲃⲁⲓ est *tonitru*. Utraque vox est composita; prima ex ϩⲣⲟⲩ *vox*, et ⲃⲃⲁⲓ pro ⲛ̄ⲃⲁⲓ, nam ⲛ genitivi quandoque mutatur in litteram sequentem; altera ex ϧⲣⲱⲟⲩ *vox*, vel ϧⲁⲣⲁ *vox*, quod est Sahidicum ϩⲣⲁ *vox*, et ⲃⲁⲓ. Quare in utraque dialecto tonitru appellatur *vox τοῦ*, vel *τῶν* ⲃⲁⲓ; iam, si ⲃⲁⲓ est *anima*, Aegyptii tonitru dixerunt esse *vocem animarum*, quam animae per aërem diffusae edunt. Nonne Coptis tonitru dicitur etiam ϩⲣⲟⲩⲙ̄ⲡⲉ *vox coeli*? eccur non etiam *vox animarum*?

§ 2. De Compositis cum Particulis.

Particulas appello syllabas, quae semper coniunctae cum vocabulis numquam solitariae usurpantur; significationem vero radicis modo augendo, modo minuendo, aut varie temperando efformant derivata. Cum istae omnibus in linguis ad remotissimas origines ascendant, atque ut plurimum repraesentent voces antiquatas, iuvat paullo diligentius eas recensere, si forte lux aliqua Aegyptiae linguae affundatur.

1.° ⲁⲛ T. M. particula, quae numeros ad unitatem revocat substantivi nominis. M. ⲁⲛϣ̄ *hebdomas*, ⲁⲛⲓ̄ *decas*, ⲁⲛϣⲟ *chilias* a ϣⲟ *mille*. Thebani item dicunt ⲁⲛⲙⲏⲧ *decas* a ⲙⲏⲧ *decem*. Vide meum Lexicon p. 7. sq. et Additamenta.

2.° ⲁⲧ T. M. B. est particula negativa, quae nominibus praeponitur, non secus ac α Graecorum,

ⲛⲁⲩ *videre*, ⲁⲧⲛⲁⲩ T, ⲁⲑⲛⲁⲩ M. *invisibilis*.
ϣⲁϫⲉ T. *loqui*, ⲁⲧϣⲁϫⲉ T, ⲁⲧϣⲉϫⲓ B. *mutus*, *ineffabilis*.

Thebaice ⲁⲑⲏⲧ *stultus* scribitur pro ⲁⲧϩⲏⲧ, tum ⲁⲑⲁⲃ *azymus* pro ⲁⲧⲑⲁⲃ a ⲑⲁⲃ *fermentum*. Pro ⲁⲧ Memphitae interdum scribunt ⲁⲑ ante litteras ⲓ, ⲗ, ⲙ, ⲛ, maxime vero ante ⲟⲩ, et ⲣ, uti ⲁⲑⲙⲟϣⲓ *inaccessibilis*.

3.° ⲗⲁ M. *valde*, *multum*. Hinc ⲗⲁⲥⲁϫⲓ *loquax* a ⲥⲁϫⲓ *loqui*, ⲗⲁϫⲁⲗ *valde frondosus* a ϫⲁⲗ *ramus*. Thebani tantum habent ⲗⲁⲙⲁϩⲧ, sed vide meum Lexicon p. 78.

4.° ⲙ̄ⲛⲧ T. ⲙⲉⲧ M. B. format nomina abstracta. Sic ⲙ̄ⲛⲧⲛⲟⲩⲧⲉ T, ⲙⲉⲧⲛⲟⲩϯ M. *divinitas* a ⲛⲟⲩⲧⲉ *Deus* — ⲙⲉⲧⲥⲁⲓ M, ⲙⲉⲧⲥⲉⲓ B. *pulchritudo* a ⲥⲁⲓ *pulcher*. — ⲙ̄ⲛⲧⲥⲟⲛ T. *fraternitas* a ⲥⲟⲛ *frater*. Ceterum pro ⲙⲉⲧ Memphitae scribunt ⲙⲉⲑ, sequentibus ⲙ, ⲛ, ⲣ, sic ⲙⲉⲑⲛⲟⲩϫ *falsitas*.

5.° ⲛⲁ T. M. particula antiquata, quam coniicio no-

tasse *valde*, *σφόδρα*, *πάνυ*. Hinc fluxit adiectivum ⲛⲁⲁϥ, ⲛⲁⲁⲥ, tum ⲉⲛⲁⲁϥ, ⲉⲛⲁⲁⲥ *ὁ ἡ σφόδρα*, vel *πάνυ magnus*, *praestans*, quod semper dicitur de praestantia, auctoritate ac pretio *morali* (*Matth.* XI. 11. *Ioh.* IV. 12. V. 36. VIII. 53. I. *Ioh.* V. 9. III. *Ioh.* 4. etc.) nuspiam de magnitudine physica. Inde etiam ortum est adverbium ⲛⲁⲙⲉ, quod in Lexico p. 87 converti *per veritatem*, rectius scripsissem *valde vere*, *verissime*, quasi ⲛⲁ sit particula, quae positiva convertit in superlativa. Tandem supersunt vocabula ⲛⲁϣⲧ *valde durus* a ⲛⲁ et ϣⲟⲧ *durities* — ⲛⲁϣⲉ a ⲛⲁ et ⲁϣⲁⲓ, ⲁϣⲏ, ⲁϣⲉ *multitudo*, unde ⲛⲁϣⲱϥ *multus*, *valde multus* — ⲛⲁⲛⲉ a ⲛⲁ et ⲁⲛⲁⲓ *pulchritudo*, *bonitas*, unde ⲛⲁⲛⲉϥ *bonus*, *valde bonus* — ⲛⲁⲓⲁⲧ, ⲛⲁⲉⲓⲁⲧ a ⲛⲁ et ⲉⲓⲁⲧ, ⲓⲁⲧ *beatitudo* (quae vox antiquata fuit) unde ⲛⲁⲓⲁⲧϥ *beatus*. Particulam ⲛⲁ componentem esse atque indeclinabilem ex eo etiam intelligitur, quod adiectiva inde composita habent suffixa in fine.

6.° ⲛⲉ T. M. fortasse idem quod ⲛⲁ. Hinc ⲛⲉⲥⲉ, ⲉⲛⲉⲥⲉ *pulcher* a ⲥⲁ *pulcher esse*.

7.° ⲣⲉ T. M, ⲗⲉ B. particula paragogica, quae additur in fine vocum, quin earum significatio ulla ratione mutetur. Sic ϫⲉ, ϫⲉⲣⲉ *dicere* — ⲙⲉ, ⲙⲉⲣⲉ *amare* — ϣⲏ in compositis, ϣⲏⲣⲉ (B. ϣⲏⲗⲓ) absolute *filius* — ⲉ, ⲉⲣⲉ (B. ⲉⲗⲉ) characteristica temporis praesentis — ⲛⲉ, ⲛⲉⲣⲉ characteristica imperfecti — ⲙⲁ *da*, ⲙⲁⲣⲉ characteristica optativi *utinam*.

8.° ⲣⲉϥ T. M, ⲗⲉϥ B. notat agentem. Sic ⲣⲉϥⲥⲱⲛⲧ T. M. *creator* — ⲣⲉϥϣⲙϣⲉ T., ⲣⲉϥϣⲉⲙϣⲓ M. *minister* — ⲣⲉϥϯϩⲁⲡ T. M. ⲗⲉϥϯϩⲉⲡ B. *iudex* a ⲥⲱⲛⲧ *creare*, ϣⲙϣⲉ *ministrare*, ϯϩⲁⲡ *iudicare*.

9.° ⲥⲁ T. M. artificem notat. Sic ⲥⲁⲛⲱⲓⲕ M. *pistor* — ⲥⲁⲛϩⲟⲙⲛⲧ T. *faber aerarius* — ⲥⲁⲛϫⲏϭⲉ T, ⲥⲁⲛϭⲏϫⲓ M. *purpurarius* ab ⲱⲓⲕ *panis*, ϩⲟⲙⲛⲧ *aes*, ϫⲏϭⲉ *purpura*.

10.° ϣⲟⲩ T. M. notat dignum. Sic ϣⲟⲩⲧⲁⲓⲟϥ M. *dignus qui honoretur*, ϣⲟⲩⲙⲉⲛⲣⲓⲧ M. *dignus qui diligatur.*

11.° ϩⲁ T. M. B. *magister, praeses*. Hinc ϩⲁⲙϣⲉ T, ϩⲁⲙϣⲏ B. *faber lignarius*, ϩⲁⲙⲛⲟⲩⲃ T. B. ϩⲁⲙⲛⲟⲩⲃ M. *aurifex* a ϣⲉ *lignum*, ⲛⲟⲩⲃ *aurum*. Memphitae, dempto ϩ, scribunt etiam ⲁⲙϣⲉ. Inde fluxerunt ϩⲁⲛϣⲉ *centurio*, ϩⲁⲛϣⲟ *chiliarcha* a ϣⲉ *centum*, ϣⲟ *mille*.

12.° ϭⲓⲛ T. ϫⲓⲛ M. B. praefixa verbis format nomina actionem, vel actionis praesentiam denotantia, ita ut saepe respondeat infinito Graecorum cum articulo. Sic ϭⲓⲛⲙⲓⲥⲉ T, ϫⲓⲛⲙⲓⲥⲓ M. *actio generandi, τὸ generare* — ϭⲓⲛⲙⲟⲟϣⲉ T. ϫⲓⲛⲙⲟϣⲓ M. *actio eundi, τὸ ire*. Cum eiusmodi composita exprimant infinitum verbi, vix possunt ac debent in Lexico omnia recenseri cum suis significationibus. Sic cum ϫⲫⲟ M. notet *generare, possidere*, derivatum ϫⲓⲛϫⲫⲟ non tantum significat *generatio*, sed *possessio*, vide *Amos* VIII. 6.

CAPUT V.

DE ARTICULIS.

Praeter articulum definitum et indefinitum Copti habent possessivum. De singulis dicam.

§. 1. *Articulus Indefinitus.*

Articulus indefinitus sine ulla generum distinctione est

Sing.	*Plur.*
T. M. B. ⲟⲩ	T. ϩⲉⲛ, ϩⲛ̄. M. ϩⲁⲛ. B. ϩⲁⲛ, ϩⲉⲛ, ϩⲛ̄.

Nominibus praeponitur, uti ⲟⲩⲙⲟⲩⲓ *un lione*, ϩⲉⲛⲙⲟⲩⲓ,

ϩⲁⲛⲙⲟⲩⲓ *lioni*. Si singulari ⲟⲩ praefigas particulam ⲉ *ad*, ⲉⲟⲩ contrahitur in ⲉⲩ, uti ⲉⲩϣⲁϥⲉ *ad desertum* pro ⲉⲟⲩϣⲁϥⲉ. Thebani, licet omittant vocales, tamen in plurali saepe scribunt ϩⲉⲛ, ne *τὸ* ϩⲛ̄ confundant cum ϩⲛ̄ *in*.

§ 2. *Articulus Definitus*.

Articulus definitus *ὁ*, *ἡ*, *οἱ*, *αἱ* (Copti carent neutro) est

	Sing. M.		*Sing. F.*		*Plur. Com.*	
T.	ⲡⲉ, ⲡ	*ὁ*	ⲧⲉ, ⲧ	*ἡ*	ⲛⲉ, ⲛ	*οἱ*, *αἱ*
M.	ⲡⲓ, ⲡ, ⲫ		ϯ, ⲧ, ⲑ		ⲛⲓ, ⲛⲉⲛ	
B.	ⲡⲉ, ⲡⲓ, ⲡ		ⲧⲉ, ϯ, ⲧ		ⲛⲉ, ⲛⲓ, ⲛ.	

Thebani scribunt ⲡⲉ, ⲧⲉ, ⲛⲉ ante nomina a duabus consonis incipientia, uti ante ⲧⲙⲁⲉⲓⲟ, ⲝⲣⲟ, ⲝⲡⲓⲟ, ϭⲗⲟϭⲧⲉ, ⲡⲣⲱ etc. Secus usurpant ⲡ, ⲧ, ⲛ̄ non solum ante vocales, aut unicam consonam, sed etiam quando alterutra ex duabus consonis initialibus habet *e* mutam, sic ante ⲟⲩⲱϣ, ⲥⲓϭ, ⲛⲟⲩⲧⲉ, ⲙⲁ, ⲣ̄ⲡⲉ, ⲧ̄ⲃⲃⲟ, ⲙ̄ⲡⲧⲣⲉ. Ante ϩ vel scribunt ⲡⲉ, ⲧⲉ, ⲛⲉ quemadmodum ⲧⲉϩⲏ, ⲧⲉϩⲟⲩⲉⲓⲧⲉ, ⲛⲉϩⲓⲟⲟⲩⲉ, vel adhibentes ⲡ, ⲧ contrahunt ⲡϩ in ⲫ, et ⲧϩ in ⲑ, uti ⲫⲏⲩ, ⲫⲁⲡ, ⲫⲏⲕⲉ, ⲫⲟⲟⲩ ab ϩⲏⲩ *utilitas*, ϩⲁⲡ *iudicium*, ϩⲏⲕⲉ *pauper*, ϩⲟⲟⲩ *dies*, et ⲑⲉ, ⲑⲏ, ⲑⲓⲙⲉ, ⲑⲁⲏ, ⲑⲁⲓⲃⲉⲥ, ⲑ̄ⲃⲥⲱ, ⲑ̄ⲗⲗⲱ ab ϩⲉ *modus*, ϩⲏ *uterus*, ϩⲓⲙⲉ *mulier*, ϩⲁⲏ *finis*, ϩⲁⲓⲃⲉⲥ *umbra*, ϩ̄ⲃⲥⲱ *vestis*, ϩ̄ⲗⲗⲱ *anus*; quandoque etiam sine contractione scribunt ⲡϩⲓⲣ, ⲡϩⲏⲩ. Ante ⲟⲩ vocalis ⲉ admittitur, sed ⲉⲟⲩ contrahitur in ⲉⲩ, sic ⲡⲉⲩⲟⲉⲓϣ *ὁ χρόνος* pro ⲡⲉⲟⲩⲟⲉⲓϣ, tum ⲧⲉⲩϣⲏ, ⲧⲉⲩⲛⲟⲩ pro ⲧⲉⲟⲩϣⲏ, ⲧⲉⲟⲩⲛⲟⲩ. Quoties vero *τὸ* ⲛ praefigunt vocalibus, semper illud lineola distinguunt, ne cum ⲛ radicali confundatur; sic ⲛ̄ⲁⲥⲉⲃⲏⲥ *οἱ ἀσεβεῖς*, adeoque *enasebes* legendum est. Idem ⲛ̄ mutatur in ⲙ̄ ante litteras ⲙ, et ⲡ, uti ⲙ̄ⲙⲁⲉⲓⲛ *signa*, ⲙ̄ⲡⲏⲩⲉ *coeli*,

raro etiam transit in ϐ, ⲗ, ⲣ ante ϐ, ⲗ, ⲣ, uti ⲣ̄ⲣⲱⲙⲉ *homines*, ⲗ̄ⲗⲁⲟⲥ *populi*, ϐ̄ϐⲣ̄ⲣⲉ *novi* pro ⲛ̄ⲣⲱⲙⲉ, ⲛ̄ⲗⲁⲟⲥ, ⲛ̄ϐⲣ̄ⲣⲉ. Tandem Thebani perraro utuntur articulo Memphitico ⲡⲓ, ϯ, ⲛⲓ, uti *Sirac.* vi. 20. 29. II. *Tim.* ii. 23. *Iud.* 14. Haud tamen eiusmodi articuli confundendi sunt cum ⲡⲓ, ϯ, ⲛⲓ scriptis pro ⲡⲉⲓ, ⲧⲉⲓ, ⲛⲉⲓ *hic*, *haec*, *hi*, vel *hae*, sic *Ioh.* xx. 30. ⲡⲓϫⲱⲱⲙⲉ non est ὁ βίβλος, sed *hic liber*, vide meum Lexicon p. 164. Quodsi legas ⲡⲉⲓ, ⲧⲉⲓ, ⲛⲉⲓ pro articulo ⲡⲉ, ⲧⲉ, ⲛⲉ, scito pravum esse orthographiae genus.

Constituti canones Thebanae dialecti non multas habent exceptiones. At quis confidat se posse certi aliquid statuere in sermone Memphitico? Memphitae scribunt ⲡⲓ, et ⲡ promiscue sive ante consonas etiam duplices, sive ante vocales; ita ut in uno eodemque libro legas ⲡⲓⲕⲁϩⲓ et ⲡⲕⲁϩⲓ, ⲡⲓϫⲱ et ⲡϫⲱ, ⲡⲓⲏⲓ et ⲡⲏⲓ, ⲡⲓⲟⲩⲣⲟ et ⲡⲟⲩⲣⲟ, ϯⲥⲙⲏ et ⲧⲥⲙⲏ, ⲡⲓϭⲗⲟϫ et ⲡϭⲗⲟϫ, ⲡⲓϭⲛⲱⲟⲩ et ⲡϭⲛⲱⲟⲩ. Cum nullae certae regulae figi possint, generatim affirmare licet Memphitas, utpotequi vocales amant, potius usurpare ⲡⲓ, ϯ, quam ⲡ, ⲧ; quare etiam ante ⲓ scribunt ⲡⲓ, uti ⲡⲓⲓⲁϩ, ϯⲓⲟⲩⲇⲉⲁ. In plurali vero semper adhibent ⲛⲓ, ne τὸ ⲛ̄ plurale confundatur cum ⲛ̄, quod aut casus obliquos, aut negationem notat; excipe ⲉⲧ *qui*, et praefixa, uti inferius dicam. Praeterea ante litteras ϐ, ⲓ, ⲙ, ⲛ, ⲟⲩ, ⲣ pro ⲡ, ⲧ scribunt ⲫ, ⲑ, sic ⲫϐⲁⲗ, ⲫⲙⲱⲓⲧ, ⲫⲟⲩⲁⲓ, ⲑϐⲁⲕⲓ, ⲑⲙⲏⲥⲓ, ⲑⲛⲟⲩⲛⲓ; at pro maxima Memphitarum licentia occurrunt etiam ⲡⲓϐⲁⲗ, ⲡⲓⲙⲱⲓⲧ, ⲡⲓⲟⲩⲁⲓ, ϯϐⲁⲕⲓ, ϯⲙⲏⲥⲓ, ϯⲛⲟⲩⲛⲓ. Tandem in plurali pro ⲛⲓ interdum usurpant ⲛⲉⲛ, uti ⲛⲉⲛϣⲉⲣⲓ, ⲛⲉⲛⲥⲁϫⲓ, ⲛⲉⲛⲥⲛⲏⲟⲩ. Pessime factum! nam ⲛⲉⲛ notat etiam οἱ vel αἱ ἡμῶν; quare ⲛⲉⲛϣⲏⲣⲓ valet οἱ υἱοὶ, et οἱ υἱοὶ ἡμῶν *filii nostri*.

§ 3. *Articulus Possessivus.*

Omnibus linguis ignotus ita appellari debet articulus ⲡⲁ *ὁ τοῦ*, ⲧⲁ *ἡ τοῦ*, ⲛⲁ *οἱ* vel *αἱ τοῦ* Thebane, at Memphitice ⲫⲁ, ⲑⲁ, ⲛⲁ, quo indicatur res, vel persona ad aliquem, vel ad aliquid spectare, seu illius esse. Exempla vim articuli declarabunt:

ⲙⲛ ϭⲱⲛⲧ ⲉⲛⲁⲡϫⲁϫⲉ *non est ardor supra illum inimici Sir.* xxiv. 15.

ⲫⲁⲡⲚⲞⲨⲦⲈ ⲡⲉ ⲡⲓⲕⲁϩⲓ *propria Dei est terra* I. *Cor.* x. 26.

ⲧⲁⲡⲣ̄ⲣⲟ ⲧⲉ *ἡ τοῦ βασιλέως ἐστί Matth.* xxii. 21.

ⲑⲁⲛⲓⲙ ⲧⲉ ⲧⲁⲓ ϩⲓⲕⲱⲛ *cuiusnam est* (*ἡ τίνος*) *imago haec Marc.* xii. 16.

ⲛⲁⲧⲕⲟⲩⲓ ⲡⲓⲥⲧⲓⲥ *οἱ τῆς ὀλίγης πίστεως Luc.* xii. 28.

Hinc nomina formantur, ⲡⲁⲧϣⲉⲗⲉⲉⲧ *ὁ τῆς νύμφης sponsus*; ⲡⲁⲏⲥⲉ *Isidi devotus*, nomen proprium viri *Paësis*, cuius femininum est ⲧⲁⲏⲥⲉ *Taësis*; ⲡⲁⲡⲛⲟⲩⲧⲉ *Deo devotus*, *Paphnutius*. Quare notat etiam *filium* alicuius, uti in graeco *ὁ τοῦ*, sic ⲫⲁⲏⲗⲓ *filius Eli Luc.* iii. 23, ⲛⲁⲧⲣ̄ⲙϩⲉ *filii liberae*; vel *oriundum*, uti ⲛⲁⲟⲩⲡⲟⲗⲓⲥ *oriundi ex civitate Z.* 16.

CAPUT VI.

GENERALIS ADNOTATIO IN UNIVERSAM GRAMMATICAM.

Radices Copticae nihil ex se significant, a particulis vero seu praefixis, seu suffixis, determinantur, ut verbum, vel nomen notent. Sic a ⲥⲱⲛⲧ, accedentibus particulis nominum, fit *creator*, *creatio*, *creatura* etc.; sin affigas particulas verborum, habes universam coniuga-

tionem verbi *creare*, voce ⲥⲱⲛⲧ immutabili semper permanente. Quare grammatica Coptica tota in eo versatur, ut catalogum contexat particularum, quibus logica accidentia cum nominum tum verborum indicantur.

CAPUT VII.

DE NOMINE.

Nomen facile dignoscitur cum ex articulis mox expositis, tum ex aliis particulis inferius exponendis. Quid vero si hisce omnibus careat? tunc assumit praefixum ⲛ, quae generalis est nominum characteristica. Sic ⲟⲩⲛⲟϭ ⲛϩⲟⲧⲉ T. *un gran timore*, ubi ⲛⲟϭ *magnus* habet articulum indefinitum ⲟⲩ, at ϩⲟⲧⲉ omni charactere exutus esset indeterminatus, nisi ei praefigeres ⲛ, quo fit nomen. Quare Copti dicunt ⲟⲩⲣⲱⲙⲓ ⲛϫⲱⲃ M. *un uomo infermo*, ⲧϣⲟⲣⲡ ⲛⲛⲧⲟⲗⲏ T. *il primo precetto*, ⲟⲩⲕⲁϩⲓ ⲛϣⲉⲙⲙⲟ M. *una terra straniera*. Item post verbum substantivum *esse*, ⲉϥⲟⲓ ⲛϭⲁⲗⲉ M. *est claudus*, ⲉϥⲟⲓ ⲛⲟⲩⲱⲓⲛⲓ M. *est lucidum*, ⲁⲕϣⲱⲡⲉ ⲛⲃⲟⲏⲑⲟⲥ T. *fuisti adiutor*. Verum adiectiva composita cum particulis ⲉⲧ, ⲉϥ, ⲉⲥ, ⲉⲩ non adsciscunt τὸ ⲛ, satis enim sunt determinata, sic ⲡϣⲱⲥ ⲉⲧⲛⲁⲛⲟⲩϥ T. *pastor bonus*, ⲣⲱⲙⲉ ⲉϥⲉⲓⲛⲉ T. *homo similis*, ϩⲁⲛⲫⲓⲁⲗⲏ ⲉⲩⲙⲉϩ M. *phialae plenae*.

§ 1. *Formae Nominum.*

Plerumque nomina carent omni forma, sic ϣⲁϫⲉ T. *dicere*, et *sermo*, ⲙⲟⲥⲧⲓ M. *odisse*, et *odium*. Speciales tamen nominum formae sunt illae, quae praefixas habent particulas ⲁⲛ, ⲁⲧ, ⲗⲁ, ⲙⲛⲧ, aliasque a me superius re-

censitas in § *de Compositis cum Particulis*. Hisce adde composita cum ⲉⲧ, ⲉϥ, ⲉⲥ, ⲉⲩ, sunt enim participia, vel adiectiva; ⲉⲧ *qui* format participia, vel adiectiva utriusque generis et numeri, ⲉⲧⲛⲟϥⲣⲉ T. *utilis*, *utiles* a ⲛⲟϥⲣⲉ *utilitas*, ⲉⲧⲥⲟⲧⲡ̄ T. *electus*, *a*, *i*, *ae* a ⲥⲟⲧⲡ̄ *eligere*. Tum ⲉϥ est praefixa sing. masc., ⲉⲥ sing. fem., ⲉⲩ plur. com., sic ⲉϥⲛⲟϥⲣⲉ *utilis* m., ⲉⲥⲛⲟϥⲣⲉ *utilis* f., ⲉⲩⲛⲟϥⲣⲉ *utiles*, ⲉϥⲥⲟⲧⲡ̄ *electus*, ⲉⲥⲥⲟⲧⲡ̄ *electa*, ⲉⲩⲥⲟⲧⲡ̄ *electi*, *ae*. Sunt alia adiectiva, quae distinguuntur ex suffixis, quibuscum componuntur; sed de his alias.

§ 2. *Genus Nominum*.

Pluralia nullam habent generis differentiam. Singularia vero sunt vel masculina, vel feminina; nam Copti carent neutro, cuius vice plerumque adhibent femininum, sic ⲛⲁⲛⲉⲥ ⲛⲁⲥ ⲡⲉ *bona* (bonum) *ei est*, ⲁⲥϣⲱⲡⲓ *facta* (factum) *est*, *contigit*. Ut praetermittam genus, quod vocabuli significationi adhaeret, uti *homo*, *maritus*, *uxor*, *mater* etc., aio substantivorum genus ex praxi addiscendum esse. Sunt tamen nonnulla nomina certo generi addicta; sic composita cum particula ⲙⲛ̄ⲧ T, vel ⲙⲉⲧ M. omnia sunt feminina; composita cum ϭⲓⲛ Saidico item sunt feminina, at cum ϫⲓⲛ Memphitico sunt maximam partem masculina. Praeterea composita cum praefixo ⲉϥ sunt masculina, cum ⲉⲥ feminina, uti ⲉϥⲟⲩⲱϣ̄ⲥ *amplus*, ⲉⲥⲟⲩⲱϣ̄ⲥ *ampla*, idem dicatur de adiectivis, quae ϥ vel ⲥ suffigunt in fine, ⲛⲁⲛⲟⲩϥ *bonus*, ⲛⲁⲛⲟⲩⲥ *bona*. Tandem sunt aliquot nomina, quae, mutata forma, a masculino in femininum transeunt.

1.° Si masculino addas T. ⲉ, et M. B. ⲓ, fit femininum:

T. ϣⲱⲙ *socer*, ϣⲱⲙⲉ *socrus*, M. ϣⲱⲙⲓ
ϣⲃⲉⲉⲣ *socius*, ϣⲃⲉⲉⲣⲉ *socia*, M. ϣⲫⲏⲣⲓ

ϭⲁⲙⲁⲩⲗ *camelus*, ϭⲁⲙⲁⲩⲗⲉ *camela*, M. ϭⲁⲙⲁⲩⲗⲓ

M. ϩⲓⲏⲃ *agnus*, ϩⲓⲏⲃⲓ *agna*

ⲃⲱⲕ *servus*, ⲃⲱⲕⲓ *serva*.

Interdum fit aliqua vocalium mutatio:

T. ⲥⲟⲛ *frater*, ⲥⲱⲛⲉ *soror*, M. B. ⲥⲱⲛⲓ

ϩⲓⲉⲓⲃ *agnus*, ϩⲓⲁⲉⲓⲃⲉ, ϩⲓⲁⲓⲃⲉ *agna*.

2.° Si postremam masculini vocalem brevem mutes in longam affinem:

T. ϩⲗ̄ⲗⲟ *senex*, ϩⲗ̄ⲗⲱ *anus*, M. ϧⲉⲗⲗⲱ

ⲣ̄ⲣⲟ *rex*, ⲣ̄ⲣⲱ *regina*, M. ⲟⲩⲣⲱ

ϣ̄ⲙ̄ⲙⲟ *peregrinus*, ϣ̄ⲙ̄ⲙⲱ *peregrina*

ⲃ̄ⲗⲗⲉ *coecus*, ⲃ̄ⲗⲗⲏ *coeca*, M. ⲃⲉⲗⲗⲏ

ⲥⲁⲃⲉ *prudens*, ⲥⲁⲃⲏ fem., M. ⲥⲁⲃⲏ

ϩⲁⲉ *postremus*, ϩⲁⲏ *postrema*, M. ϧⲁⲏ

M. ⲙⲟⲩⲓ *leo*, ⲙⲟⲩⲏ *leaena*.

3.° Si mutes vocalem penultimae syllabae masculini:

T. ϣⲏⲣⲉ *filius*, ϣⲉⲉⲣⲉ *filia* — M. ϣⲏⲣⲓ m. ϣⲉⲣⲓ f.

— B. ϣⲏ̈ⲗⲓ m. ϣⲏⲏⲗⲓ f.

Atque haec ferè sunt nomina, quae femininam habeant formam. Interdum vero, ut genus innuatur, additur ϩⲟⲟⲩⲧ T, ϩⲱⲟⲩⲧ M. *mas*, et ⲥϩⲓⲙⲉ T, ⲥϩⲓⲙⲓ M. *femina*, sic ⲁⲗⲟⲩ ϩⲟⲟⲩⲧ T, ⲁⲗⲟⲩ ϩⲱⲟⲩⲧ M. *puer*, ⲁⲗⲟⲩ ⲥϩⲓⲙⲉ T, ⲁⲗⲟⲩ ⲥϩⲓⲙⲓ M. *puella*.

CAPUT VIII.

DE NUMERO NOMINUM.

Numeri nominum duo sunt singularis, et pluralis; dualis enim Coptis est ignotus. Plerumque singularis a plurali non distinguitur, sed solis articulis indicatur; sic T. ⲟⲩⲛⲟⲃⲉ *un peccato*, ⲡⲛⲟⲃⲉ *il peccato*, ϩⲉⲛⲛⲟⲃⲉ

peccati, ⲡⲉⲛⲟⲃⲉ *i peccati*, et M. ⲟⲩⲛⲟⲃⲓ, ⲫⲛⲟⲃⲓ, ϩⲁⲛⲛⲟⲃⲓ, ⲛⲓⲛⲟⲃⲓ. Sed nonnulla nomina peculiari gaudent forma plurali. Composita cum praefixo ⲉϥ masc. atque ⲉⲥ fem. habent plurale in ⲉⲩ, uti ⲉϥⲟⲩⲱϣⲥ *amplus*, ⲉⲩⲟⲩⲱϣⲥ *ampli, ae*, ⲉϥⲟⲕⲙ *tristis*, ⲉⲩⲟⲕⲙ *tristes*, ⲉϥⲉⲙⲡϣⲁ *dignus*, ⲉⲩⲉⲙⲡϣⲁ *digni, ae*. Etiam adiectiva quae in fine suffigunt ϥ masc. atque ⲥ fem. habent plurale in ⲟⲩ, quod varie contrahitur cum praecedente vocali; sic ⲉⲛⲉⲥⲱϥ *pulcher* ⲉⲛⲉⲥⲱⲟⲩ — ⲛⲁϣⲱϥ *multus* ⲛⲁϣⲱⲟⲩ — ⲉⲑⲛⲁⲁϥ *magnus* ⲉⲑⲛⲁⲁⲩ — ⲉⲛⲁⲛⲉϥ *bonus* ⲉⲛⲁⲛⲉⲩ.

Multa vero sunt nomina, quae in utraque dialecto peculiarem adsciscunt desinentiam; ac sunt vel regularia, vel irregularia.

§ 1. *Pluralia Regularia Memphitica.*

Desinunt in ⲓ, ⲩ, ⲟⲩ, ⲟⲩⲓ.

Ad Classem ⲓ

Pertinent nomina, quae sequuntur:

ϧⲉⲗⲗⲟ *senex*, ϧⲉⲗⲗⲟⲓ — ⲣⲁⲙⲁⲟ *dives*, ⲣⲁⲙⲁⲟⲓ — ⲁⲃⲱⲕ *corvus*, ⲁⲃⲱⲕⲓ — ⲙⲁ *locus*, ⲙⲁⲓ — ⲁⲫⲱⲫ *gigas*, ⲁⲫⲱⲫⲓ — ⲙⲛⲟⲧ *uber*, ⲙⲛⲟϯ — ϣⲫⲉⲣ *socius*, ϣⲫⲉⲣⲓ.

Ad classem ⲩ

Pertinent nomina singularia in ⲉ

ⲃⲉⲗⲗⲉ *coecus*, ⲃⲉⲗⲗⲉⲩ — ⲃⲁⲗⲉ *claudus*, ⲃⲁⲗⲉⲩ — ⲑⲉϣⲉ *proximus*, ⲑⲉϣⲉⲩ — ⲙⲉⲑⲣⲉ *testis*, ⲙⲉⲑⲣⲉⲩ — ⲣⲉⲙϩⲉ *liber*, ⲣⲉⲙϩⲉⲩ — ⲥⲁⲃⲉ *prudens*, ⲥⲁⲃⲉⲩ — ϧⲁⲉ *ultimus*, ϧⲁⲉⲩ — ϫⲁⲛⲉ *humilis*, ϫⲁⲛⲉⲩ.

Ad Classem ⲟⲩ

Pertinent nomina singularia in ⲉ et ⲟ, quae mutantur in ⲏ et ⲱ

ⲁⲙⲉ *bubulcus*, ⲁⲙⲏⲟⲩ — ⲉϩⲉ *bos*, ⲉϩⲏⲟⲩ — ϣϫⲉ *locusta*, ϣϫⲏⲟⲩ — ϣⲛⲉ *retis*, ϣⲛⲏⲟⲩ — ⲓⲁⲣⲟ

flumen, ιαρωοτ — εβο *mutus*, εβωοτ — ρο *porta*, ρωοτ — ϣτεκο *carcer*, ϣτεκωοτ — οτρο *rex*, οτρωοτ — ϣεμμο *alienigena*, ϣεμμωοτ — ραμαο *dives*, ραμαωοτ.

Huc etiam revocari possunt ϩιн *temo* ϩιнοτ, caιε *pulcher* caιωοτ, εϩε *bos* εϩωοτ, et Basmuricum απн *caput* απнοτ.

Ad Classem οτι

Pertinent 1.° singularia exeuntia in ω, vel in consonam, uti

cβω *doctrina*, cβωοτι — αχω *magus*, αχωοτι — ρεϥϫω *cantor*, ρεϥϫωοτι — ετϕω *pondus*, ετϕωοτι — αϥ *caro*, αϥοτι — cϕιρ *latus*, cϕιρωοτι.

2.° Singularia desinentia in ε, ει, vel н, οτ, quae mutantur in н, vel ω, uti

αϕε *caput*, αϕнοτι — ϧρε *cibus*, ϧρнοτι — ϕε *coelum*, ϕнοτι — βεχε *merces*, βεχнοτι — ερϕει *templum*, ερϕнοτι — τεβнн *iumentum*, τεβнωοτι — ερмн *lacrima*, ερмωοτι — οτнοτ *hora*, οτнωοτι — αλοτ *puer*, αλωοτι.

§ 2. *Pluralia Regularia Thebana.*

Desinunt in ε, ετ нτ, ετε нτε, οτ, οτε.

Ad Classem ε

Pertinent αβωκ *corvus*, αβωκε — λοοτ *taenia*, λοοτε.

Ad Classem ετ нτ

Pertinent singularia in ε

ϣαϥε *desertum*, ϣαϥεετ — ϫιϫε *hostis*, ϫιϫεετ — βλλε *coecus*, βλλεετ — caβε *prudens*, caβεετ — ϯмε *vicus*, ϯмнετ pro ϯмεετ;

et, contracto εε in н, oritur forma нτ

aмρε *pistor*, aмρнτ — εϩε *bos*, εϩнτ — ϣпε *retis*, ϣпнτ.

Ad Classem ⲉⲩⲉ ⲏⲩⲉ

Pertinent etiam singularia in ⲉ, uti ϭⲁⲗⲉ *claudus* ϭⲁⲗⲉⲉⲩⲉ, ϩⲁⲉ *ultimus* ϩⲁⲉⲉⲩⲉ. Tum, contracto ⲉⲉ in ⲏ, oritur forma ⲏⲩⲉ, uti ⲁⲡⲉ *caput* ⲁⲡⲏⲩⲉ, ϩⲣⲉ *cibus* ϩⲣⲏⲩⲉ, ⲡⲉ *coelum* ⲡⲏⲩⲉ.

Ad Classem ⲟⲩ

Pertinent singularia in ⲟ, quod in ⲱ mutatur:

ⲓⲉⲣⲟ *flumen*, ⲓⲉⲣⲱⲟⲩ — ⲣ̄ⲣⲟ *rex*, ⲣ̄ⲣⲱⲟⲩ — ⲣⲟ *porta*, ⲣⲱⲟⲩ — ⲕⲣⲟ *finis*, ⲕⲣⲱⲟⲩ — ⲙ̄ⲛⲧⲣ̄ⲣⲟ *regnum*, ⲙ̄ⲛⲧⲣ̄ⲣⲱⲟⲩ.

e contrario ⲥⲃⲱ *doctrina* ⲥⲃⲟⲟⲩ. His adde ⲉϩⲉ *bos* ⲉϩⲟⲟⲩ, ϩⲁⲉ *postremus* ϩⲁⲉⲟⲩ.

Ad Classem ⲟⲩⲉ

Pertinent varia nomina

ϩⲣⲉ *cibus*, ϩⲣⲉⲟⲩⲉ — ⲕⲉ *alius*, ⲕⲟⲟⲩⲉ — ⲣⲟⲙⲡⲉ *annus*, ⲣ̄ⲙⲡⲟⲟⲩⲉ — ϩⲓⲏ *via*, ϩⲓⲟⲟⲩⲉ — ⲟⲩϣⲏ *nox*, ⲟⲩϣⲟⲟⲩⲉ — ⲧ̄ⲃⲛⲏ *iumentum*, ⲧ̄ⲃⲛⲟⲟⲩⲉ — ⲣ̄ⲙⲏⲓ, vel ⲣ̄ⲙⲉⲓⲏ *lacrima*, ⲣ̄ⲙⲉⲓⲟⲟⲩⲉ — ⲟⲩⲛⲟⲩ *hora*, ⲟⲩⲛⲟⲟⲩⲉ — ⲉⲓⲱ *asinus*, ⲉⲓⲱⲟⲩⲉ — ⲉⲱ *asinus*, ⲉⲟⲟⲩⲉ — ⲉⲙⲣⲱ *portus*, ⲉⲙⲣⲟⲟⲩⲉ — ⲥⲡⲓⲣ *latus*, ⲥⲡⲓⲣⲟⲟⲩⲉ.

§ 3. *Pluralia Irregularia.*

Sivè Memphitica, sive Thebana in eo consentiunt, quod mutent vocales singularium

1.° Sine ulla desinentia

T. ⲟⲩϩⲟⲟⲣ *canis*, ⲟⲩϩⲱⲱⲣ

M. ⲁⲃⲟⲧ *mensis*, ⲁⲃⲏⲧ — ⲁⲛⲁϣ *iusiurandum*, ⲁⲛⲁⲩϣ ⲉⲙⲕⲁϩ *dolor*, ⲉⲙⲕⲁⲩϩ — ϭⲁⲗⲟϫ *pes*, ϭⲁⲗⲁⲩϫ ⲉⲑⲟϣ *Aethiops*, ⲉⲑⲁⲩϣ.

2.° Assumendo aliquam ex desinentiis pluralium. Praesertim vero nomina exeuntia in ⲱⲧ habent plurale

in ⲟⲩⲉ T, ⲟϯ M; tum illa in ⲏⲧ, ⲓⲧ, ⲟⲧ habent plurale in ⲁⲧⲉ T, ⲁϯ M. Sic

T. ϩⲁⲗⲏⲧ *avis*, ϩⲁⲗⲁⲁⲧⲉ — ⲟⲩⲣⲓⲧ *custos*, ⲟⲩⲣⲁⲧⲉ
ⲉⲓⲱⲧ *pater*, ⲉⲓⲟⲧⲉ — ⲉⲃⲟⲧ *mensis*, ⲉⲃⲁⲧⲉ
ϫⲟⲉⲓⲥ *dominus*, ϫⲉⲓⲥⲟⲟⲩⲉ

M. ⲉϣⲱⲧ *mercator*, ⲉϣⲟϯ — ⲓⲱⲧ *pater*, ⲓⲟϯ
ϣⲃⲱⲧ *virga*, ϣⲃⲟϯ — ⲙⲉϣⲱⲧ *campus*, ⲙⲉϣⲟϯ
ⲣⲉⲙⲏⲧ *decima*, ⲣⲉⲙⲁϯ — ϩⲁⲗⲏⲧ *avis*, ϩⲁⲗⲁϯ
ⲃⲏⲧ *palma*, ⲃⲁϯ — ⲟⲩⲣⲓⲧ *custos*, ⲟⲩⲣⲁϯ
ⲙⲉⲛⲣⲓⲧ *dilectus*, ⲙⲉⲛⲣⲁϯ—ϩⲟⲩⲓⲧ *primus*, ϩⲟⲩⲁϯ
ϫⲁⲙⲟⲩⲗ *camelus*, ϫⲁⲙⲁⲩⲗⲓ.

3.° Detracta vocali singularis, additur aliqua ex desinentiis pluralium. Sic

T. ⲥⲟⲛ *frater*, ⲥⲛⲏⲩ — ⲃⲓⲣ *sporta*, ⲃⲣⲏⲟⲩⲉ
ϩⲟϥ *serpens*, ϩϥⲟⲩⲓ — ϩⲱⲃ *opus*, ϩⲃⲏⲩ, ϩⲃⲏⲩⲉ,
ϩⲃⲏⲟⲩⲉ

M. ⲥⲟⲛ *frater*, ⲥⲛⲏⲟⲩ — ⲥⲁϧ *scriba*, ⲥϧⲟⲩⲓ
ϩⲱⲃ *opus*, ϩⲃⲏⲟⲩⲓ — ϣⲟⲙ *gener*, ϣⲙⲱⲟⲩ.

4.° Sequentes plane sunt irregulares

T.M. ⲉϣⲱ *sus*, ⲉϣⲁⲩ — ⲁϩⲟ *thesaurus*, ⲁϩⲟⲣ, ⲁϩⲱⲣ,
ⲁϩⲱⲱⲣ

T. ϩⲧⲟ *equus*, ϩⲧⲱⲣ, ϩⲧⲱⲱⲣ

M. ϩⲑⲟ *equus*, ϩⲑⲱⲣ — ⲏⲓ̈ *domus*, ⲏⲟⲩ

T. ⲥϩⲓⲙⲉ *mulier*, ϩⲓⲟⲙⲉ — ϫⲟⲓ̈ *navis*, ⲉϫⲏⲩ

M. ⲥϩⲓⲙⲓ *mulier*, ϩⲓⲟⲙⲓ — ϫⲟⲓ̈ *navis*, ⲉϫⲏⲟⲩ
ⲉⲱ *asinus*, ⲉⲉⲩ — ⲓⲟⲙ *mare*, ⲁⲙⲁⲓⲟⲩ
ⲃⲱⲕ *servus*, ⲉⲃⲓⲁⲓⲕ — ⲙⲱⲓⲧ *via*, ⲙⲓⲧⲱⲟⲩⲓ
ⲥⲟⲃⲧ *murus*, ⲥⲉⲃⲑⲁⲓⲟⲩ — ⲥⲟⲛⲓ *latro*, ⲥⲓⲛⲱⲟⲩⲓ

T. ϩⲃⲱ *vipera*, ϩⲃⲟⲩⲓ — M. ⲟ̅ⲥ̅ *dominus*, ϭⲓⲥⲉⲩ.

Basmurici modo cum Memphitis, modo cum Sahidicis consonant, vel paullo abscedunt.

CAPUT IX.

DE CASIBUS NOMINUM.

Casibus carent Copti, eos vero indicant quibusdam particulis, quarum aliae nomini praefiguntur, aliae seiunctae a nomine scribuntur. En utrasque

	Thebaice, Basmurice		Memphitice	
	Seiunctae	Praefixae	Seiunctae	Praefixae
Nom.	ⲛ̄ϭⲓ		ⲛ̀ϫⲉ	
Gen.	ⲛ̄ⲧⲉ	ⲛ̄, ⲙ̄	ⲛ̀ⲧⲉ	ⲛ̀, ⲙ̀
Dat.		ⲛ̄, ⲙ̄, ⲉ		ⲛ̀, ⲙ̀, ⲉ
Acc.		ⲉ, ⲛ̄, ⲙ̄		ⲉ, ⲛ̀, ⲙ̀
Voc.	ⲱ	ⲡⲉ	ⲱ	ⲡⲓ

Abl.	Thebaice	Memphitice	Basmurice
Seiunctae	ⲛ̄ⲧⲛ̄	ⲛ̀ⲧⲉⲛ	ⲛ̀ⲧⲉⲛ
	ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̄	ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀	ⲉⲃⲁⲗ ⲛ̀
	ⲉⲃⲟⲗϩⲛ̄	ⲉⲃⲟⲗϧⲉⲛ	ⲉⲃⲁⲗϩⲛ̄
		ⲉⲃⲟⲗϩⲁ	
	ⲉⲃⲟⲗϩⲓ	ⲉⲃⲟⲗϩⲓ	ⲉⲃⲁⲗϩⲓ
	ϩⲓⲧⲛ̄	ϩⲓⲧⲉⲛ	ϩⲓⲧⲉⲛ
	ⲉⲃⲟⲗϩⲓⲧⲛ̄	ⲉⲃⲟⲗϩⲓⲧⲉⲛ	ⲉⲃⲁⲗϩⲓⲧⲉⲛ
	ⲉⲃⲟⲗϩⲓϫⲛ̄	ⲉⲃⲟⲗϩⲓϫⲉⲛ	ⲉⲃⲁⲗϩⲓϫⲉⲛ
Praefixae	ⲉ, ⲛ̄, ⲙ̄	ⲉ, ⲛ̀, ⲙ̀	ⲉ, ⲛ̀, ⲙ̀.

Basmurici omnibus in casibus, ablativo excepto, utuntur particulis Thebanis.

Nominativus praecedens verbum nullam adsciscit particulam (cave enim, ne cum Scholzio credas nominativum assumere τὸ ⲛ) locus ipse monet illud esse propositionis subiectum; quare Copti scribunt ⲛⲓⲥⲓⲟⲩ ⲉⲩⲉϣⲱⲡⲓ ⲉⲩϩⲓⲱⲟⲩⲧ *stellae erunt decidentes*. Sin verbum antecedat, sequens nominativus distinguitur particula se-

iuncta ñϭι T. B, ñϫε M. sic ⲁϥει ñϭι ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ *venit Iohannes*, ⲡⲉϫⲁϥ ñϫε ⲓ̄ⲥ̄ *dixit Iesus.*

Genitivus indicatur vel particula seiuncta ñⲧⲉ, uti ⲟⲩϣⲁϫⲉ ñⲧⲉ ⲧⲙⲉ T. *verbum veritatis*, ⲫⲛⲁⲩ ñⲧⲉ ⲡⲓⲥⲑⲟⲓⲛⲟⲩϥⲓ M. *hora incensi.* Vel praefixa ñ, quae plerumque ante ⲃ, ⲙ, ⲫ, semper vero ante ⲡ, scribitur ⲙ̄, raro autem ante ⲗ, ⲣ scribitur ⲗ, ⲣ; sic ⲡϣⲏⲣⲉ ⲛ̄ⲇⲁⲩⲉⲓⲇ T. *filius Davidis*, ⲡϣⲏⲣⲉ ⲙ̄ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ T. *filius Dei*, ⲡϣⲏⲣⲓ ⲙ̀ⲫϯ M. *filius Dei*, ϩⲁⲛⲑⲃⲁ ⲙ̀ⲙⲏϣ M. *myriades multitudinis*. Pro ñ, ⲙ̄ Thebani raro scribunt ⲉⲛ, ⲉⲙ. Obiter moneo perperam nonnullos affirmasse τῷ ⲛ praefixo fingi adiectiva. Citant illi ⲙ̀ⲃⲉⲛⲓⲡⲓ *ferreus* a ⲃⲉⲛⲓⲡⲓ *ferrum*, ǹⲛⲟⲩⲃ *aureus* a ⲛⲟⲩⲃ *aurum*, ǹϩⲟⲙⲧ *aereus* a ϩⲟⲙⲧ *aes*; sed haec atque his similia nihil sunt, nisi genitivi *ferri*, *auri*, *aeris*, qui a substantivo praecedenti reguntur. Nonne Hebraei dicunt לשון הקדש *lingua sanctitatis* pro *lingua sancta*? ita Copti *corona ferri*, *auri*, *aeris* pro *ferrea*, *aurea*, *aerea*. Iidem etiam scribunt ⲟ ñⲛⲟⲩⲃ *esse auri* pro *aureum*, uti nos *esser d'oro*, et Galli *être d'or.*

Dativus indicatur potissimum particula ñ, quae in hoc et reliquis casibus mutatur in ⲙ, ⲗ, ⲣ, quemadmodum diximus in genitivo; sic ⲧϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲙ̄ⲡⲁⲓⲏⲓ̈ M. *pax huic domui*, ϯ ñⲛ̄ϩⲏⲕⲉ T. *dare pauperibus.* Quandoque tamen pro ⲛ usurpatur ⲉ, sic ⲕⲉϫⲱ ⲉⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲙ T. *dicis omnibus*, cuius vice Memphiticus *Luc.* XII. 41 habet ǹⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲃⲉⲛ; tum ⲁϥⲧⲱⲙⲓ ⲉⲛⲉⲛϭⲁⲗⲁⲩϫ M. *adhaesit pedibus*; ⲉⲥⲧⲛ̄ⲧⲱⲛ ⲉⲩⲃ̄ⲗ̄ⲃⲓⲗⲉ T. *similis est grano*, Memphiticus ⲥⲟⲛⲓ ǹⲟⲩⲛⲁⲫⲣⲓ. Sin ⲉ praefigatur articulo indefinito ⲟⲩ, contrahitur saepe ⲉⲟⲩ in ⲉⲩ, uti in allato ⲉⲩⲃ̄ⲗ̄ⲃⲓⲗⲉ pro ⲉⲟⲩⲃ̄ⲗ̄ⲃⲓⲗⲉ.

Accusativus promiscue indicatur τῷ ⲉ, vel ñ, uti ⲙⲁⲧⲁⲙⲟⲓ ⲉⲟⲩⲥⲁⲑⲉⲣⲓ M. *ostendite mihi staterem*, ⲁⲩϩⲉ ⲉⲩⲣⲱⲙⲉ (pro ⲉⲟⲩⲣⲱⲙⲉ) T. *invenerunt hominem*; ⲧⲁⲙⲓⲟ

ⲛ̄ⲧⲡⲉ T. *creare coelum*, ⲧⲁⲙⲓⲟ ⲙ̄ⲡⲏⲩⲉ T. *creare coelos.*

In vocativo particula seiuncta ω est graeca, uti ω ⲣⲱⲙⲓ M. *o homo*. Germana Coptorum characteristica est articulus definitus, ⲡⲥⲁϩ T. *o magister Matth.* XIX. 16. XX. 13. 30, ⲧϣⲉⲣⲓ ⲛ̀ⲥⲓⲱⲛ M. *o filia Sion Ioh.* XII. 15, ⲛ̄ϩⲩⲡⲟⲕⲣⲓⲧⲏⲥ T. *o hypocritae Matth.* XXII. 18. Abnormis est vocativus ⲛ̀ⲕⲣⲁⲧⲓⲥⲧⲉ M. *o optime Luc.* I. 3, ubi τὸ ⲛ est nota characteristica nominis.

Multae sunt praepositiones, quae ablativum notant.

ⲛ̄ⲧⲛ̄ T, ⲛ̀ⲧⲉⲛ M. B. sic ⲕⲏⲛⲥⲟⲥ ⲉⲩϫⲓ ⲛ̄ⲧⲛ̄ ⲛⲉⲩϣⲏⲣⲉ T. *censum accipiunt a filiis suis Matth.* XVII. 25, *continget illis* ⲛ̀ⲧⲉⲛ ⲡⲁⲓⲱⲧ M. *a patre meo Matth.* XVIII. 19.

ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̄ T. M. ⲉⲃⲁⲗ ⲛ̀ B. *recesserunt* ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̄ⲡϫⲟⲉⲓⲥ T. *a Deo*. Nam ⲉⲃⲟⲗ est adverbium *extra*, quod regere nequit nomen, nisi ope sequentis ⲛ.

ⲉⲃⲟⲗϩⲛ̄ T. ⲉⲃⲟⲗϧⲉⲛ M. ⲉⲃⲁⲗϩⲉⲛ B. Particula ϩⲛ̄ T. ϧⲉⲛ M. notat *in*; hinc *salvabit populum suum* ⲉⲃⲟⲗϩⲛ̄ ⲛⲉⲩⲛⲟⲃⲉ *a peccatis eorum*, ubi Memphiticus ⲉⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲛⲟⲩⲛⲟⲃⲓ. Thebani et saepe Basmurici scribunt ⲉⲃⲟⲗϩⲙ̄, ⲉⲃⲁⲗϩⲙ̄ ante nomina a ⲡ incipientia, uti ⲉⲃⲟⲗϩⲙ̄ ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ *a Deo*.

ⲉⲃⲟⲗϩⲁ M. Particula ϩⲁ notat *sub*, *in*; quare ⲉⲃⲟⲗϩⲁ proprie est *a sub*, *ab in*; sic *ne pereatis* ⲉⲃⲟⲗϩⲁ ⲫⲙⲱⲓⲧ *a via*, et *reversi sunt* ⲉⲃⲟⲗϩⲁ ⲡⲓⲧⲱⲟⲩ *a monte*.

ⲉⲃⲟⲗϩⲓ T. M. ⲉⲃⲁⲗϩⲓ B. Cum ϩⲓ sit *super*, ⲉⲃⲟⲗϩⲓ notat *a supra*, *de supra*, sic *descendens* ⲉⲃⲟⲗϩⲓ ⲡⲓⲥⲧⲁⲩⲣⲟⲥ *de cruce Marc.* XV. 30, *auferunt aurum* ⲉⲃⲁⲗϩⲓ ⲛⲉⲩⲛⲟⲩϯ *de supra Deos suos Q.* 233.

ϩⲓⲧⲛ̄ T. ϩⲓⲧⲉⲛ M. B. *cupiebat eum videre* ϩⲓⲧⲛ̄ ⲟⲩⲛⲟϭ ⲛ̄ⲟⲩⲟⲉⲓϣ *a multo tempore*. Sed praecipue notat ὑπό, seu causam efficientem, vel *prae*, adeoque usurpatur post verba passiva, *dissolutum fuit* ϩⲓⲧⲛ̄ *a* vel *prae solis radio Sap.* 897, *incenditur* ϩⲓⲧⲉⲛ *a flamma Isai.* V. 24.

ⲉⲃⲟⲗϩⲓⲧⲛ̄ T. ⲉⲃⲟⲗϩⲓⲧⲉⲛ M. ⲉⲃⲁⲗϩⲓⲧⲉⲛ B. coalescens

ⲇⲉ ⲛ̀ⲧⲉ Ablativum dat. exprimunt N. ⲛ̀ⲧⲉ ⲡϫⲟ, tamen [illegible] 16, 3. ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓ ⲙⲏⲓⲛ signis Marc. 16, 20.

ex ⲉⲃⲟⲗ et ϩⲓⲧⲛ̅ praecedenti. Sic *ne quaeras principatum* ⲉⲃⲟⲗϩⲓⲧⲙ̅ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ *a Domino, et cathedram* ⲉⲃⲟⲗϩⲓⲧⲛ̅ ⲟⲩⲣ̅ⲣⲟ *a rege Sir.* VII. 4. Maxime notat causam efficientem, atque adhibetur post verba passiva.

ⲉⲃⲟⲗϩⲓϫⲛ̅ T. ⲉⲃⲟⲗϩⲓϫⲉⲛ M. ⲉⲃⲁⲗϩⲓϫⲉⲛ B. *a supra, de supra*, nam ϩⲓϫⲛ̅ est *super*. Sic *cum veniret* ⲉⲃⲟⲗϩⲓϫⲉⲛ ⲡⲓⲑⲱⲟⲩ *de supra montem, a monte*, et *si exaltatus fuero* ⲉⲃⲟⲗϩⲓϫⲙ̅ ⲡⲕⲁϩ *a terra.*

Praeter particulas seiunctas hucusque descriptas, ablativus indicari etiam potest praefixis ⲉ, et ⲛ. Sic *mundare cor* ⲉⲛⲟⲃⲉ ⲛⲓⲙ *ab omni peccato, separare* ⲉⲡⲛⲟⲩⲧⲉ *a Deo, cave* ⲉⲡⲉⲕⲣ̅ⲙ̅ⲣ̅ⲙ̅ *a murmuratione*, ϣⲁϥⲟⲩⲉ ⲛ̅ⲙ̅ⲙⲟⲕⲙⲉⲕ *recedit a cogitationibus.*

CAPUT X.

DE COMPARATIVIS ET SUPERLATIVIS.

Nulla est peculiaris forma horum graduum, ea enim in solis linguis excultissimis invenitur. Copti, uti Hebraei aliique, scribunt *bonus prae me*, vel *bonus plusquam me*, pro nostro *melior me*. Quare comparativus dignoscitur ex particula praefixa ⲉ *prae*, et adverbio ϩⲟⲩⲟ *plus*. Sic ⲛⲟϭ ⲉⲛⲁⲓ T. *magnus prae his, maior his*; ⲉϥϩⲟⲟⲩ ⲉⲛⲃⲁⲗ T. *malus prae oculo, peior oculo*. Particula ⲉ assumens suffixa pronominum evadit ⲉⲣⲟ, uti inferius dicam, hinc ϥϫⲟⲟⲣ ⲉⲣⲟⲓ T. *fortior me*, ⲛ̅ⲛⲟϭ ⲉⲣⲟⲛ T. *maiores nobis*. Accedit ϩⲟⲩⲟ T. M. ϩⲟⲩⲉ T. B. ϩⲟⲩⲁ B. *plus, magis*; hinc ϩⲟⲩⲉ ⲧⲁⲉⲓⲟ T. *plus honoris, maior honor*; ϩⲟⲩⲉ ⲡⲁⲣⲣⲏⲥⲓⲁ T. *maior libertas*; ⲉⲣⲉ ⲟⲩϣⲧⲟⲣⲧⲣ̅ ⲛⲁϣⲱⲡⲉ ⲛ̅ϩⲟⲩⲟ T. *tumultus fieret magis*, seu *maior*. Saepe vero positivum pro comparativo adhi-

betur, uti ⲛⲟϭ *magnus* respondet graeco *μείζων* *Matth.* xviii. 1. 4. xx. 25. 26. in utroque textu.

Positivum etiam pro superlativo usurpatur; saepius tamen positivo addunt adverbium ⲉⲙⲁⲧⲉ T. ⲉⲙⲁϣⲱ M. ⲉⲙⲁϣⲁ B. *valde*, quod etiam geminatur, uti in *Pap.* v. 105. ⲡⲙⲁ ϥϩⲁϩⲟⲧⲉ ⲉⲙⲁⲧⲉ ⲁⲩⲱ ⲉϥⲟ ⲛ̄ϫⲁⲓ ⲉⲙⲁⲧⲉ ⲉⲙⲁⲧⲉ *locus terribilis valde, et desertus valde valde.*

CAPUT XI.

DE NUMERIS.

Numeri a Memphitis saepe saepius litteris alphabeti indicantur, a Thebanis vero vocibus ipsis exprimi solent; quare in sequenti tabella pars Thebana locupletior est Memphitica, nam religioni duxi eas tantum voces recensere, quas in textibus legeram, ceteras lector ex analogia supplebit.

§ 1. *Numeri Cardinales.*

	Thebaice		Memphitice	
	masc.	fem.	masc.	fem.
1	ⲟⲩⲁ	ⲟⲩⲉⲓ	ⲟⲩⲁⲓ	ⲟⲩⲓ
suff.	ⲟⲩⲉ			
2	ⲥⲛⲁⲩ	ⲥ̄ⲛⲧⲉ, ⲥⲉⲛⲧⲉ	ⲥⲛⲁⲩ	ⲥⲛⲟⲩϯ
suff.	ⲥⲛⲟⲟⲩⲥ, ⲥⲛⲟⲩⲥ	ⲥⲛⲟⲟⲩⲥⲉ, ⲥⲛⲟⲩⲉ		
3	ϣⲟⲙ̄ⲛⲧ, ϣⲙ̄ⲛⲧ	ϣⲟⲙⲧⲉ	ϣⲟⲙⲧ	ϣⲟⲙϯ
praef.	ϣⲙ̄ⲛⲧ, ϣⲙ̄ⲧ, ϣⲟⲙⲧ			
suff.	ϣⲟⲙⲧ			

	Thebaice masc.	Thebaice fem.	Memphitice masc.	Memphitice fem.
4	ϥⲧⲟⲟⲩ	ϥⲧⲟⲉ, ϥⲧⲟ	ϥⲧⲱⲟⲩ	
præf.	ϥⲧⲟⲩ, ϥⲧⲉⲩ		præf. ϥⲧⲉ	
suff.	ⲧⲁϥⲧⲉ, ⲁϥⲧⲉ			
5	ϯⲟⲩ	ϯⲉ, ϯ	ϯⲟⲩ	
suff.	ⲧⲏ, ⲧⲉ			
6	ⲥⲟⲟⲩ	ⲥⲟⲟ, ⲥⲟⲉ, ⲥⲟ	ⲥⲟⲟⲩ	
præf.	ⲥⲉⲩ			
suff.	ⲧⲁⲥⲉ, ⲁⲥⲉ			
7	ⲥⲁϣϥ, ⲥⲉϣϥ	ⲥⲁϣϥⲉ	ϣⲁϣϥ	
8	ϣⲙⲟⲩⲛ	ϣⲙⲟⲩⲛⲉ	ϣⲙⲏⲛ	ϣⲙⲏⲛⲓ
suff.	ϣⲙⲏⲛ	ϣⲙⲏⲛⲉ		
9	ⲯⲓⲥ, ⲯⲓⲧ	ⲯⲓⲧⲉ	ⲯⲓⲧ	ⲯⲓϯ
10	ⲙⲏⲧ	ⲙⲏⲧⲉ	ⲙⲉⲧ	ⲙⲏϯ
præf.	ⲙ̄ⲛⲧ			
20	ϫⲟⲩⲱⲧ	ϫⲟⲩⲱⲧⲉ	ϫⲱⲧ	
præf.	ϫⲟⲩⲧ			
30	ⲙⲁⲁⲃ, ⲙⲁⲃ	ⲙⲁⲁⲃⲉ	ⲙⲁⲡ	
40	ϩⲙⲉ, ϩⲙⲏ		ϩⲙⲉ	
50	ⲧⲁⲓⲟⲩ		ⲧⲁⲓⲟⲩ	
60	ⲥⲉ		ⲥⲉ	
70	ϣϥⲉ, ϣⲃⲉ		ϣⲃⲉ	
80	ϩⲙⲉⲛⲉ		ϧⲁⲙⲛⲉ	
90	ⲡ̄ⲥⲧⲁⲓⲟⲩ, ⲡⲉⲥⲧⲁⲓⲟⲩ		ⲡⲓⲥⲧⲁⲩ, ⲡⲓⲥⲧⲉⲟⲩⲓ	
100	ϣⲉ		ϣⲉ	
200	ϣⲏⲧ		ⲥⲛⲁⲩ ⲛ̀ϣⲉ, ⲥⲛⲁⲩϣⲉ	
300	ϣⲙ̄ⲛ̄ⲧϣⲉ, ϣ̄ⲙⲧϣⲉ, ϣⲟⲙⲉⲧϣⲉ		ϣⲟⲙⲧ ⲛ̀ϣⲉ	
400	ϥⲧⲟⲟⲩ ⲛ̄ϣⲉ, ϥⲧⲟⲩϣⲉ, ϥⲧⲉⲩϣⲉ			
500	ϯⲟⲩ ⲛ̄ϣⲉ			
600	ⲥⲟⲟⲩ ⲛ̄ϣⲉ, ⲥⲉⲩϣⲉ		ⲥⲟⲟⲩϣⲉ	
700	ⲥⲁϣϥ ⲛ̄ϣⲉ			
800	ϣⲙⲟⲩⲛ̄ϣⲉ			

	Thebaice		Memphitice	
	masc.	fem.	masc.	fem.
900	ⲯⲓⲥ ⲛ̄ϣⲉ			
1000	ϣⲟ		ϣⲟ	
2000	ϣⲟⲥⲛⲁⲩ			
3000	ϣⲟⲙⲛ̄ⲧ ⲛ̄ϣⲟ, ϣⲙ̄ⲛⲧϣⲟ, ϣⲙ̄ⲧϣⲟ			
4000	ϥⲧⲟⲩϣⲟ			
10000	ⲧⲃⲁ		ⲑⲃⲁ	
50000	ϯⲟⲩ ⲛ̄ⲧⲃⲁ			
60000	ⲥⲟⲟⲩ ⲛ̄ⲧⲃⲁ			
140000	ⲙ̄ⲛⲧⲁϥⲧⲉ ⲛ̄ⲧⲃⲁ			
180000	ⲙ̄ⲛⲧϣⲙⲏⲛ ⲛ̄ⲧⲃⲁ			
600000	ⲥⲉ ⲛ̄ⲧⲃⲁ			

Basmuricos numeros vidi sequentes ⲟⲩⲉⲉⲓ *unus*, ⲟⲩⲉⲓ *una*, ϣⲁⲙⲉⲛ̄ⲧ *tres*, ϣⲁ *mille*.

In numeris duplex forma distinguenda est, absoluta, et composita.

Prima adhibetur quoties numerus est solitaria vox, ac praeponitur rei numeratae, quae regitur ab ⲛ̄; est porro vel masculina, vel feminina. Sic ϣⲟⲙⲛ̄ⲧ vel ϣⲟⲙ̄ⲧ ⲛ̄ϩⲟⲟⲩ *tres dies*, ϣⲟⲙⲧⲉ ⲛ̄ⲣⲟⲙⲡⲉ *tres anni* — ϥⲧⲟⲟⲩ ⲛ̄ⲣⲱⲙⲉ *quatuor homines*, ϥⲧⲟ ⲛ̄ϣⲉⲉⲣⲉ *quatuor filiae* — ⲥⲟⲟⲩ ⲛ̄ϩⲟⲟⲩ *sex dies*. Atque ita semper numeri praeponuntur substantivo, excepto ⲥⲛⲁⲩ, qui substantivum consequitur, uti ⲡⲁϣⲏⲣⲉ ⲥⲛⲁⲩ *duo filii mei*, ϯⲥϩⲓⲙⲓ ⲥⲛⲟⲩϯ M. *mulieres duae*, ⲣⲱϥ ⲙ̄ⲙⲉⲑⲣⲉ ⲃ̄ ⲛⲉⲙ ⲣⲱϥ ⲛ̄ⲅ̄ ⲙ̄ⲙⲉⲑⲣⲉ *os testium duorum atque os trium testium Deut.* XIX. 15, ⲧⲃⲁ ⲥⲛⲁⲩ *myriades duae*, *viginti mille*. Cuius rei nulla alia ratio afferri potest, nisi quod, si ⲥⲛⲁⲩ praeponeretur, saepe cum articulo enunciandus esset ⲡⲉⲥⲛⲁⲩ, iamvero ⲡⲉⲥⲛⲁⲩ valet *ambo*, *uterque*; quare perpetuo scribunt ⲡⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲥⲛⲁⲩ *angeli duo*, ne, si dicerent ⲡⲉⲥⲛⲁⲩ ⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ, innuere viderentur *utrumque angelum*.

Pro ⲧⲁⲓⲟⲩ *quinquaginta* Tukius in *Rudim.* p. 289. 454 habet ⲧⲁⲓⲟ, quam formam nolui veluti certam admittere in tabella; ecquis enim Tukio fidat? praesertim quum p. 289 ⲧⲁⲓⲟ vertat *quadraginta.* Praeterea *Num.* II. 32 legi ⲥⲉϣⲉ *sexcenti*; atqui ⲥⲉ notat 60, essent igitur 6000; quare erratum credo pro ⲥⲉⲩϣⲉ.

In forma absoluta feminina interdum errarunt librarii, aut editores; sic ϣⲟⲙ̄ⲛ̄ⲧⲉ ⲛⲉⲃⲟⲧ *sex menses Act.* VII. 20, repone ϣⲟⲙ̄ⲛ̄ⲧ ⲛ̄ⲉⲃⲟⲧ, vel ϣⲟⲙ̄ⲛ̄ⲧ ⲉⲛⲉⲃⲟⲧ.

Altera forma dicitur composita, quia usurpatur quoties numerus ita coniungitur cum alio numero, vel nomine, ut unicum vocabulum fiat; ac tunc vel praecedit, vel consequitur, unde duae existunt formae, alia praefixa, alia suffixa.

Praefixa immediate coniungitur cum nomine sequenti, sine ⲛ̄; sic ϣⲙⲧϣⲟ, vel ϣⲙ̄ⲛ̄ⲧϣⲟ, *tres mille*, ϣⲟⲙ̄ⲧⲣⲟⲙⲡⲉ *tres anni*, ϥⲧⲟⲩⲧⲏⲩ *quatuor venti*, ϥⲧⲉⲩϣⲟ *quatuor mille.* In dialecto Memphitica vidi solum praefixum ϥⲧⲉⲫⲁⲧ *quadrupes.* Forma praefixa nullam habet distinctionem generis, quod sive ex natura formae colligitur, sive ex loco *Gen.* XV. 9, ubi legitur ϣⲟⲙ̄ⲧⲣⲟⲙⲡⲉ, ϣⲙ̄ⲧⲣⲟⲙⲡⲉ *tres anni.* Lectiones ⲙⲉⲧϣⲙⲏⲛ II. *Reg.* VIII. 13, ⲙⲏⲧϣⲙⲏⲛ *Luc.* XIII. 4 pro ⲙ̄ⲛ̄ⲧ inter errata amanuensium sunt recensendae.

Suffixarum formarum exempla habes in decadibus.

11. ⲙ̄ⲛ̄ⲧⲟⲩⲉ masc. ⲙ̄ⲛ̄ⲧⲟⲩⲉⲓ fem.

12 ⲙ̄ⲛ̄ⲧⲥⲛⲟⲟⲩⲥ, ⲙ̄ⲛ̄ⲧⲥⲛⲟⲩⲥ masc. ⲙ̄ⲛ̄ⲧⲥⲛⲟⲟⲩⲥⲉ, ⲙ̄ⲛ̄ⲧⲥⲛⲟⲩⲉ fem.

13 ⲙ̄ⲛ̄ⲧϣⲟⲙⲧ masc. ⲙ̄ⲛ̄ⲧϣⲟⲙⲧⲉ fem.

14 ⲙ̄ⲛ̄ⲧⲁϥⲧⲉ comm.

15 ⲙ̄ⲛ̄ⲧⲏ, ⲙ̄ⲛ̄ⲧⲉ comm.

16 ⲙ̄ⲛ̄ⲧⲁⲥⲉ comm.

17 ⲙ̄ⲛ̄ⲧⲥⲁϣϥ masc. ⲙ̄ⲛ̄ⲧⲥⲁϣϥⲉ fem.

18 ⲙ̄ⲛ̄ⲧϣⲙⲏⲛ masc. ⲙ̄ⲛ̄ⲧϣⲙⲏⲛⲉ fem.

19 ⲙⲛⲧⲯⲓⲥ masc. ⲙⲛⲧⲯⲓⲧⲉ fem.

21 ϫⲟⲩⲧⲟⲩⲉ masc. ϫⲟⲩⲧⲟⲩⲉⲓ fem. etc.

Formae ⲁϥⲧⲉ et ⲁⲥⲉ usurpantur cum numeris in ⲧ desinentibus, hinc ⲙⲛⲧⲁϥⲧⲉ 14, ϫⲟⲩⲧⲁϥⲧⲉ 24. Secus adhibentur formae ⲧⲁϥⲧⲉ, ⲧⲁⲥⲉ, uti ⲙⲁⲁⲃⲧⲁϥⲧⲉ 34, ⲧⲁⲓⲟⲩⲧⲁϥⲧⲉ 54, ϩⲙⲉⲧⲁⲥⲉ 46, ⲥⲉⲧⲁⲥⲉ 66, ϩⲙⲉⲛⲉⲧⲁⲥⲉ 86.

Formas suffixas quandoque turbavit amanuensium imperitia. Sic ϫⲛ ⲙⲛⲧⲟⲩⲉ *Màtth.* xx. 6. 9, ⲙⲁⲁⲃⲟⲩⲉ *Pap.* v. 20, ubi feminine ⲟⲩⲉⲓ scribendum erat. E contrario ⲙⲛⲧⲟⲩⲉⲓ *Z.* 225. 227, ubi masculinum ⲟⲩⲉ reponendum est; praetermitto ⲧⲙⲛⲧⲟⲩⲉ *Lùc.* xxiv. 9, cum enim innuantur undecim Apostoli, emendandum est ⲡⲙⲛⲧⲟⲩⲉ. His adde ⲙⲛⲧⲥⲛⲟⲟⲩⲥ ⲛⲣⲟⲙⲡⲉ *Lùc.* ii. 42, repone ⲙⲛⲧⲥⲛⲟⲟⲩⲥⲉ.

In decadibus numerus decadis praecedere solet, uti ϣⲃⲉⲧⲏ 75, quare ⲥⲁϣϥⲛϣϥⲉ *Màtth.* xviii. 22. *Z.* 502 notat 7 × 70, seu 490.

Millenarii numeri centenariis ita exprimi possunt ⲙⲏⲧ ⲛϣⲉ 1000, ϫⲟⲩⲱⲧ ⲛϣⲉ, vel ϫⲱⲟⲩⲧ ⲛϣⲉ 2000, ⲙⲁⲁⲃ ⲛϣⲉ 3000, ⲙⲁⲁⲃⲯⲓⲥ ⲛϣⲉ 3900.

Si myriadi accedat millenarius numerus, uterque ope millenariorum exprimitur, ⲙⲛⲧⲥⲛⲟⲟⲩⲥ ⲛϣⲟ 12000, ϫⲟⲩⲧϣⲟⲙⲧ ⲛϣⲟ 23000, ϩⲙⲉⲟⲩⲉ ⲛϣⲟ 41000, ⲧⲁⲓⲟⲩⲧⲁϥⲧⲉ ⲛϣⲟ 54000.

Ex ⲧⲃⲁ *myrias* fit ⲟⲩϭⲓⲥ ⲧⲃⲁ, vel ϭⲓⲥ ⲛⲧⲃⲁ *dimidium myriadis*, seu *quinque mille Z.* 513. Hinc ⲙⲛⲧϣⲙⲏⲛ ⲛⲧⲃⲁ ⲟⲩϭⲟⲥ *decem et octo myriades cum dimidia*, seu 185000 *Tuk.* 451.

Numeri, utpote nomina collectiva, construuntur cum articulo et substantivo singulari, sic ϯⲥϩⲓⲙⲉ (non vero ϩⲁⲛϩⲓⲟⲙⲉ) ⲥⲛⲟⲩϯ *mulieres duae Gen.* xxxii. 22, ⲡϯⲟⲩ ⲛⲟⲉⲓⲕ ⲙⲛ ⲡⲧⲃⲧ ⲥⲛⲁⲩ *quinque panes et pisces duo Lùc.* ix. 13. 16, ⲧϣⲟ ⲛⲣⲟⲙⲡⲉ *mille anni.* Praeter articulum et rem numeratam, cetera efferuntur plurali numero;

uti ϣⲟⲙⲛ̄ⲧ ⲛ̄ⲣⲱⲙⲉ ⲥⲉϣⲓⲛⲉ ⲛ̄ⲥⲱⲕ *tres viri quaerunt te* *Act.* x. 19, ⲛⲉⲓ ⲙⲛ̄ⲧⲥⲛⲟⲟⲩⲥ ⲁϥϫⲟⲟⲩⲥⲟⲩ *hos undecim misit eos Matth.* x. 5, ⲛ̄ⲕⲉ ⲍ̄ ⲙ̄ⲡⲛ̄ⲁ̄ ⲉⲩϩⲱⲟⲩ *septem alii spiritus mali Matth.* xii. 45, ⲁⲩⲥⲱⲧⲙ̄ ⲛ̄ϭⲓ ⲡⲙⲏⲧ *audiverunt decem* (*Apostoli*) *Matth.* xx. 24.

Tandem monere iuvat numeros distributivos exprimi repetitione eiusdem numeri, uti ϣⲟⲙⲧ ϣⲟⲙⲧ *terni Marc.* xvi. 20, ϣⲉ ϣⲉ *centeni*, ϣⲟ ϣⲟ *milleni* II. *Reg.* xviii. 4.

§ 2. *Numeri Ordinales.*

Circa vocabulum *primus* dissentiunt Thebani, qui ϣⲟⲣⲡ scribunt, a Memphitis, qui amant ϩⲟⲩⲓⲧ, et fem. ϩⲟⲩⲓϯ *prima*, confer utrumque textum in *Matth.* xxii. 25. 38. *Act.* xii. 10.

Ceteri ordinales formantur a forma absoluta cardinalium, praefixo ⲙⲉϩ Thebaice et Basmurice, ⲙⲁϩ Memphitice. Hinc

ⲙⲉϩⲥⲛⲁⲩ *secundus*, ⲙⲉϩⲥⲛ̄ⲧⲉ *secunda*
ⲙⲉϩϣⲟⲙⲛ̄ⲧ *tertius*, ⲙⲉϩϣⲟⲙⲧⲉ *tertia*
ⲙⲉϩϥⲧⲟⲟⲩ *quartus*, ⲙⲉϩϥⲧⲟ *quarta*
ⲙⲉϩϯⲟⲩ *quintus*,
ⲙⲉϩⲥⲟⲟⲩ *sextus*, ⲙⲉϩⲥⲟ *sexta*
ⲙⲉϩⲥⲁϣϥ *septimus*, ⲙⲉϩⲥⲁϣϥⲉ *septima*.

Tum ⲙⲉϩⲙⲛ̄ⲧⲟⲩⲉ 11us, ⲙⲉϩⲙⲛ̄ⲧⲥⲛⲟⲟⲩⲥ 12us, ⲙⲉϩϫⲟⲩⲧⲥⲁϣϥⲉ 27^a, ⲙⲉϩϩⲙⲉ 40us, ⲙⲉϩⲥⲟⲟⲩ ⲛ̄ϣⲉ 600us. Memphitae scribunt ⲡⲓⲙⲁϩ ⲅ̄ *tertius*, ϯⲙⲁϩ ⲇ̄ *quarta* etc. In ⲙⲁϩ ⲃ̄ saepe tmesis locum habet, sic ⲑⲙⲁϩ ⲣⲟⲙⲡⲓ ⲥⲛⲟⲩϯ *annus secundus*, ⲡⲓⲙⲁϩ ⲥⲟⲡ ⲃ̄ *secunda vices*; et Thebaice ⲧⲙⲉϩ ⲣⲟⲙⲡⲉ ⲥⲛ̄ⲧⲉ, ⲡⲙⲉϩ ⲥⲉⲡ ⲥⲛⲁⲩ.

§ 3. *Particulae, et Nomina, quae cum Numeris saepe coniunguntur.*

ⲁ T. M. *circiter*, uti ⲁ ϥⲧⲟⲩϣⲉ ⲛ̄ⲣⲱⲙⲉ T. *circiter quadringenti homines Act.* v. 36 (1), ⲁ ϣⲙ̄ⲛⲧϣⲟ ⲙ̄ⲯⲩⲭⲏ T. *circiter tres mille animae Act.* II. 41, utrobique graecus habet ὡσεί. Vide meum Lexicon p. 1.

ⲛⲁ T. M. *circiter*, sic ⲛⲁϥⲧⲟⲩϣⲉ T. *circiter quadringenti*, ⲛⲁⲣⲟⲩϩⲓ M. *circa vesperam*, vide meum Lexicon p. 118. Praeterea ⲛⲁ notat etiam distributionem numeri, cui praeponitur, uti ⲛⲁϣⲉ ⲁⲩⲱ ⲛⲁⲧⲁⲓⲟⲩ ἀνὰ ἑκατὸν καὶ ἀνὰ πεντήκοντα *centeni et quinquageni Marc.* VI. 40, ⲛⲁ ⲛ̄ⲧⲁⲓⲟⲩ *quinquageni Luc.* IX. 14.

ⲟⲩⲱⲛ, saepius ⲟⲩⲛ̄, raro ⲟⲩⲉⲛ et ⲟⲩⲛⲉ T. *pars*, uti ⲟⲩⲱⲛ ⲥⲛⲁⲩ *duae partes*, ⲡⲟⲩⲛ̄ ϣⲟⲙ̄ⲛⲧ *tertia pars*, ⲡⲟⲩⲛ̄ ⲛ̄ϯⲟⲩ *quinta pars*, ⲡⲟⲩⲉⲛ ⲛ̄ϯⲟⲩ *quinta pars*, ⲡⲟⲩⲛⲉ ϣⲟⲙ̄ⲛⲧ *tertia pars*.

ⲡⲉϥ T. M. praeponitur numeris, ut dies hebdomadis significetur, sic ⲡⲉϥⲥⲛⲁⲩ *feria secunda*, ⲡⲉϥϣⲟⲙ̄ⲛⲧ *feria tertia*. Dicitur etiam ⲡⲉϥϥⲧⲟⲟⲩ *quatriduanus*, et ⲡⲉϥϣⲟⲙ̄ⲛⲧ ⲁϥⲉⲓ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉⲣⲁⲕⲟⲧⲉ T. *tertia die ingressus est Alexandriam Z.* 262.

ⲣⲉ M. *pars*, sic ⲫⲣⲉ ⲅ̄ *tertia pars*, ⲫⲣⲉ ⲇ̄ *quarta pars*, tum ⲣⲉⲙⲏⲧ *pars decima*, *decima*. Raro Thebani hac particula utuntur, vidi tamen ⲡⲣⲉϣⲟⲙ̄ⲛⲧ *tertia pars Num.* XXVIII. 14, et ⲣⲁϥⲧⲟⲟⲩ (ita) *quarta pars Num.* XXVIII. 5. 7; his accedit ⲣⲉⲙⲏⲧ *decima*. Pro ⲣⲉ Memphitae etiam scribunt ⲧⲉⲣⲉ, vel ⲧⲉⲣ, et Thebani ⲧⲣⲉ, uti ⲡⲓⲧⲉⲣⲉ ⲅ̄ *tertia pars Zach.* XIII. 8. 9, ⲡⲓⲧⲉⲣ ⲇ̄ *quarta pars Levit.* XXIII. 13, ⲛ̄ⲧⲣⲉϥⲧⲟⲟⲩ *quarta pars Num.* XXVIII. 14.

---

(1) Bonus Tattam in Lexico p. 42 huic loco innixus recensuit vocem ⲁϥⲧⲟⲩ *quatuor!*

coⲩ T. M. praeponitur numeris ut dies mensis indicetur, sic coⲩⲏ ⲡ̄ϩⲱⲟⲩⲧ *dies octava Thoyt*, coⲩϫⲟⲩⲧⲯⲓc ⲛ̄ϩⲁⲑⲱⲣ *dies vigesimanona Athor*. Hinc coⲩⲁⲓ *dies primus mensis*, *neomenia* pro coⲩⲟⲩⲁⲓ, vide meum Lexicon p. 191.

ϫ̄ⲡ T, ⲁϫ̄ⲡ M. *hora* semper coniungitur cum numeris; quod si numerus horae non indicetur, tunc *hora* dicitur ⲛⲁⲩ. Ita Memphitice ⲁϫⲡ ⲁ̄, ⲁϫⲡ ⲑ̄ *hora prima*, *hora nona*. At Thebani praemittere solent ⲛⲁⲩ *hora*, quin tamen immediate coniungatur cum numero, uti ⲙ̄ⲡⲛⲁⲩ ⲛ̄ϫ̄ⲡ coe ⲙ̄ⲛ ϫ̄ⲡ ⲯⲓⲧe *hora sexta et nona Matth*. xx. 5, ⲙ̄ⲡⲛⲁⲩ ⲛ̄ϫ̄ⲡ ϣⲟⲙⲧe *hora tertia Matth*. xx. 3, ubi observare licet ϫ̄ⲡ construi cum numero feminino.

CAPUT XII.

DE PRONOMINIBUS PERSONALIBUS.

Pronomina personalia in casu nominativo haec sunt:

Sing.	Theb.	Mem.	Bas.	
1 com.	ⲁⲛ̄ⲕ, ⲁⲛ̄ⲅ, ⲁⲛⲟⲕ	ⲁⲛⲟⲕ	ⲁⲛⲁⲕ	*ego*
2 masc.	ⲛ̄ⲧ̄ⲕ, ⲛ̄ⲧⲟⲕ	ⲛ̀ⲑⲟⲕ	ⲛ̄ⲧⲁⲕ	*tu* m.
fem.	ⲛ̄ⲧⲟ	ⲛ̀ⲑⲟ	ⲛ̀ⲧⲁ	*tu* f.
3 masc.	ⲛ̄ⲧⲟϥ	ⲛ̀ⲑⲟϥ	ⲛ̀ⲧⲁϥ	*ille*
fem.	ⲛ̄ⲧⲟc	ⲛ̀ⲑⲟc	ⲛ̀ⲧⲁc	*illa*
Pluralis				
1 com.	ⲁⲛ̄ⲛ, ⲁⲛⲟⲛ	ⲁⲛⲟⲛ	ⲁⲛⲁⲛ	*nos*
2 com.	ⲛ̄ⲧⲱⲧ̄ⲛ	ⲛ̀ⲑⲱⲧeⲛ	ⲛ̄ⲧⲁⲧ̄ⲛ	*vos*
3 com.	ⲛ̄ⲧⲟⲟⲩ	ⲛ̀ⲑⲱⲟⲩ	ⲛ̄ⲧⲁⲩ	*illi, illae*.

§ 1. *Affixa.*

Hinc derivantur nonnullae vocales aut consonae, quae numquam solitariae usurpantur, sed semper affiguntur nominibus, particulis, et verbis, adeoque appellantur *affixa*; quodsi initio vocis veniant dicuntur *praefixa*, uti ϥⲙⲉ *amat* a ⲙⲉ *amare*; si in fine *suffixa*, uti ϩⲱϥ *etiam ipse* a ϩⲱ *etiam*. En affixa nominum et particularum, nam de illis verborum suo loco dicam.

		Praefixa	Suffixa
		Singularia	
Pers. 1		ⲁ	ⲓ, ⲧ
2	masc.	ⲕ	ⲕ
	fem.	ⲟⲩ T. ⲉ M. B.	ⲉ T. ⲓ, ⲉ M. B.
3	masc.	ϥ	ϥ
	fem.	ⲥ	ⲥ
		Pluralia	
1		ⲛ̄, ⲉⲛ, T. ⲉⲛ M. B.	ⲛ
2		ⲧⲛ̄, T. ⲧⲉⲛ M. B.	ⲧⲉⲛ
3		ⲉⲩ, T. B. ⲟⲩ M.	ⲟⲩ.

§ 2. *Praefixa.*

Praefixa assumuntur a verbis et a nominibus, ita tamen, ut in nominibus coalescant cum articulo definito, in verbis careant omni articulo; quare si praefixa comitem habeant articulum definitum vox est nomen, si careant vox est verbum. Sic a ⲙⲉ *amare* et *amor* fit ⲡⲉⲕⲙⲉ *amor tui*, ⲡⲉϥⲙⲉ *amor eius*, ⲡⲉⲛⲙⲉ *amor nostri*; tum fit ⲉⲕⲙⲉ *tu amas*, ⲉϥⲙⲉ *ille amat*, ⲉⲛⲙⲉ *nos amamus*. De verbis suo loco dicam, nunc de nominibus.

Usum praefixorum cum nominibus declarabunt exempla, quae sequuntur; ⲃⲁⲗ masc. est *oculus*, ⲥⲙⲏ fem. *vox*.

ⲡⲁⲃⲁⲗ	*oculus meus*	ⲛ̄ⲡⲃⲁⲗ T. ⲡⲉⲛⲃⲁⲗ T. M. B.	*noster*
ⲡⲉⲕⲃⲁⲗ	*tuus* m.		
ⲡⲟⲩⲃⲁⲗ T. ⲡⲉⲃⲁⲗ M. B.	*tuus* f.	ⲡⲉⲧⲛ̄ⲃⲁⲗ T. ⲡⲉⲧⲉⲛⲃⲁⲗ M. B.	*vester*
ⲡⲉϥⲃⲁⲗ	*eius* m.	ⲡⲉⲩⲃⲁⲗ T. B. ⲡⲟⲩⲃⲁⲗ M.	*eorum*
ⲡⲉⲥⲃⲁⲗ	*eius* f.		
ⲛⲁⲃⲁⲗ	*oculi mei*	ⲛⲉⲛⲃⲁⲗ	*nostri*
ⲛⲉⲕⲃⲁⲗ	*tui* m.	ⲛⲉⲧⲛ̄ⲃⲁⲗ T. ⲛⲉⲧⲉⲛⲃⲁⲗ M. B.	*vestri*
ⲛⲟⲩⲃⲁⲗ T. ⲛⲉⲃⲁⲗ M. B.	*tui* f.	ⲛⲉⲩⲃⲁⲗ T. B. ⲛⲟⲩⲃⲁⲗ M.	*eorum.*
ⲛⲉϥⲃⲁⲗ	*eius* m.		
ⲛⲉⲥⲃⲁⲗ	*eius* f.		

Si mutes ⲡ in ⲧ habebis femininum ⲧⲁⲥⲙⲏ *vox mea*, ⲧⲉⲕⲥⲙⲏ *tua* m., ⲧⲟⲩⲥⲙⲏ T. ⲧⲉⲥⲙⲏ M. B. *tua* f., ⲧⲉϥⲥⲙⲏ *eius* m., ⲧⲉⲥⲥⲙⲏ *eius* f. Pluralis consonat cum masculino.

Praefixa ⲡⲁ, ⲡⲉ, ⲧⲁ, ⲧⲉ, ⲛⲉ numquam eliduntur sequente alia vocali, ac scribitur ⲡⲁⲁⲗⲟⲩ *puer meus Matth.* viii. 6. 8. xii. 18, ⲛⲉⲓⲉⲃϣⲱⲧ *negotiationes tuae*, ⲡⲉⲉⲣⲫⲟⲧ *plaga tua* fem. — In plurali scribitur ⲛⲉⲛⲃⲁⲗ *oculi nostri* etiam Thebaice; nam si scriberetur ⲛ̄ⲛⲃⲁⲗ, hoc notaret τοὺς ὀφθαλμοὺς, prius ⲛ esset nota accusativi, alterum ⲛ articulus definitus pluralis.

Eiusmodi praefixa ⲡⲁ *meus*, ⲡⲉⲕ *tuus*, ⲡⲉϥ *suus* etc. sunt vera pronomina possessiva: his similia sunt ⲡⲱⲓ *meus*, ⲡⲱⲕ *tuus*, ⲡⲱϥ *suus* etc., quae inferius exponam, sed in eo differunt a praecedentibus, quod ⲡⲱⲓ *meus* est vox separata, ⲡⲁ *meus* praeponitur substantivis, cum iisque in unam vocem coalescit, uti ⲡⲱⲓ ⲡⲉ ⲡⲁⲃⲁⲗ *meus est oculus meus.*

Ut pronomen possessivum magis magisque eniteat, atque auribus inculcetur, Galli dicunt *mon opinion à moi*; Copti etiam personale cum possessivo coniungentes scribunt ⲡⲁⲗⲁⲥ ⲁⲛⲟⲕ *mea lingua ego*, *ma langue à moi Exod.* iv. 10, ⲡⲁⲣⲁⲛ ⲁⲛⲟⲕ *nomen meum Matth.* xviii. 5,

vide *Iòh.* XVIII. 36. *Phil.* III. 20. Interdum praeponitur pronomen personale ⲁⲛⲟⲕ ⲡⲁⲱⲛϧ *quod ad me attinet, vita mea Phil.* I. 21. Et post suffixa ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉⲣⲟⲓ ϩⲱ ⲁⲛⲟⲕ *etiam erga me ipsum Z.* 383, ⲁϥϫⲓⲧ ⲁⲛⲟⲕ *sumsit me ipsum Ming.* 309, ⲡⲉⲧⲉϣϣⲉ ⲉⲣⲟⲛ ⲁⲛⲟⲛ *quod nobis ipsis convenit Z.* 605, ϣⲁⲣⲟϥ ⲛ̄ⲧⲟϥ ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ *ad ipsummet Deum Ming.* 287.

Hucusque utrumque pronomen consonabat, coeperunt deinde Copti ⲛ̄ⲧⲟϥ T, ⲛ̀ⲑⲟϥ M. coniungere cum quovis pronomine aliarum personarum. Sic ⲛ̄ⲧⲟϥ ⲁⲛⲟⲕ T. *ego ipse Z.* 394, ⲛ̄ⲧⲟⲥ ⲛ̄ⲧⲟϥ ⲉⲧⲕⲉⲗⲉⲩⲉ *ipsamet praecipit Z.* 445, ⲣⲓⲙⲉ ⲛ̄ⲧⲟϥ ⲛⲏⲧⲛ̄ *deflete vos ipsas Lùc.* XXIII. 27, ⲛ̄ⲛⲉⲩⲟⲩⲁϩⲟⲩ ⲇⲉ ⲛ̄ⲧⲟϥ ⲛ̄ⲥⲁ ⲟⲩϣⲙ̄ⲙⲟ *non addunt semetipsas post* (non sequuntur) *peregrinum Iòh.* X. 5. Tum sine pronomine, quod tamen subintelligitur, ⲙ̄ⲡⲣϣⲓⲡⲉ ⲛ̄ⲧⲟϥ ϩⲏⲧⲟⲩ ⲛ̄ⲛⲁⲓ *ne temetipsum pudeat harum rerum Sir.* XLII. 1, ϣⲱⲡⲉ ⲛ̄ⲧⲟϥ ⲉⲕⲧⲟⲣϩ̄ *esto tumet diligens Ming.* 334 bis, ⲁⲣⲓ ϫⲟⲉⲓⲥ ⲛ̄ⲧⲟϥ ⲉⲡⲉⲕϩⲏⲧ *esto tumet dominus cordis tui Ming.* 334.

Tandem ⲛ̄ⲧⲟϥ refertur ad substantivum, uti ⲡⲛⲁ ⲛ̄ⲧⲟϥ ⲙ̄ⲡϫⲟⲉⲓⲥ *misericordia ipsiusmet Dei Sir.* XVIII. 13, ⲡⲥⲟϭⲛⲓ ⲇⲉ ⲛ̀ⲑⲟϥ ⲙ̀ⲫϯ M. *consilium autem ipsiusmet Dei Psal.* XXXII. 11, ⲡⲙⲟⲩ ⲛ̄ⲧⲟⲟⲩ ⲛ̄ⲣⲉϥⲣ̄ⲛⲟⲃⲉ *mors ipsorummet peccatorum Tuk.* 93, ⲡⲓⲛⲓϣϯ ⲛ̀ϣⲓⲡⲓ ⲛ̀ⲑⲟϥ ⲡⲉ ⲫⲁⲓ M. *maximum opprobrium ipsum hoc est Z.* 56.

§ 3. *Suffixa.*

Suffixa et praefixa semper consonant inter se, excepta prima persona et secunda fem. in singulari. Suffixum primae pers. sing. est ⲓ; quod si vox exeat in ⲧ, suffixum est ⲧ, ac pro duplici ⲧⲧ unicum scribitur, quare ⲧⲟⲧ *manus* est etiam *manus mea* pro ⲧⲟⲧⲧ; adde ⲉⲑⲃⲏⲧ *propter me*, quod ab ⲉⲑⲃⲉ commode dici potuisset ⲉⲑⲃⲏⲓ, tum ⲕⲉⲛⲧ *sinus meus* a ⲕⲉⲛ. Suffixis utuntur verba, prae-

positiones, ac perpauca nomina. In verbis suffixa sunt accusativi, uti ⲁⲓϫⲡⲟϥ *genui eum*, ⲁⲓⲥⲟⲧⲙⲟⲩ *audivi eos*; de his suo loco dicam. Nunc de praepositionibus, quae casus obliquos pronominum formant.

§ 4. *Casus Obliqui Pronominum.*

In tribus pronominibus nullus est casus obliquus, praeter ⲧⲏⲩⲧⲛ̄, raro ⲧⲏⲛⲟⲩ T. ⲑⲏⲛⲟⲩ, raro ⲧⲏⲛⲟⲩ M. ⲧⲏⲛⲟⲩ B. *vos*, de quo mox dicam. Obliqui casus pronominum formantur affigendo suffixa iisdem particulis, quibus etiam finguntur nominum casus; particulae tamen saepius aliquam patiuntur formae mutationem.

Genitivus Pronominum.

Nota genitivi nominum est ⲛ̄ⲧⲉ; assumens suffixa evadit modo ⲛⲧⲁ, modo ⲛⲧⲏ, vel ⲛⲧⲱ. Hinc sunt:

		Thebaice	Memphitice	
Pers. 1		ⲛ̄ⲧⲁⲓ	ⲛ̀ⲧⲏⲓ	*mei*
2	m.	ⲛ̄ⲧⲁⲕ	ⲛ̀ⲧⲁⲕ	*tui* m.
	f.	ⲛ̄ⲧⲉ	ⲛ̀ⲧⲉ	*tui* f.
3	m.	ⲛ̄ⲧⲁϥ	ⲛ̀ⲧⲁϥ	*eius* m.
	f.	ⲛ̄ⲧⲁⲥ	ⲛ̀ⲧⲁⲥ	*eius* f.
Plur. 1		ⲛ̄ⲧⲁⲛ, ⲛ̄ⲧⲛ̄	ⲛ̀ⲧⲁⲛ	*nostri*
2		ⲛ̄ⲧⲉ ⲧⲏⲩⲧⲛ̄	ⲛ̀ⲧⲉ ⲑⲏⲛⲟⲩ, ⲛ̀ⲑⲱⲧⲉⲛ, ⲛ̀ⲧⲱⲧⲉⲛ	*vestri*
3		ⲛ̄ⲧⲁⲩ	ⲛ̀ⲧⲱⲟⲩ	*eorum.*

Haec tantum vidi Basmurica ⲛ̄ⲧⲏⲛ *nostri*, ⲛ̄ⲧⲉⲧⲉⲛ, vel ⲛ̄ⲧⲏⲧⲉⲛ, vel ⲛ̄ⲧⲉ ⲧⲏⲛⲟⲩ *vestri.*

Dativus Pronominum.

Nota dativi nominum est ⲛ, et ⲉ. Suffixa componens cum ⲛ habebis:

		Theb.	Mem.	Basm:	
Pers. 1		ⲡⲁⲓ	ⲡⲏⲓ	ⲡⲏⲓ	*mihi*
2	m.	ⲡⲁⲕ	ⲡⲁⲕ		*tibi* m.
	f.	ⲡⲉ	ⲡⲉ		*tibi* f.
3	m.	ⲡⲁϥ	ⲡⲁϥ	ⲡⲏϥ, ⲡⲉϥ	*ei* m.
	f.	ⲡⲁⲥ	ⲡⲁⲥ	ⲡⲏⲥ	*ei* f.
Plur. 1		ⲡⲁⲛ	ⲡⲁⲛ	ⲡⲏⲛ	*nobis*
2		ⲡⲏⲧⲛ̄	ⲡⲱⲧⲉⲛ	ⲡⲏⲧⲉⲛ	*vobis*
3		ⲡⲁⲩ	ⲡⲱⲟⲩ	ⲡⲉⲩ, ⲡⲏⲟⲩ	*eis.*

Ex Basmuricis ea tantum exposui, quae vidi.

Particula ⲉ assumens suffixa evadit ⲉⲣⲟ T. M. ⲉⲗⲁ B, vel ⲉⲧⲟⲟⲧ T. ⲉⲧⲟⲧ M. ⲉⲧⲁⲁⲧ B. Iamvero ⲣⲟ T. M. ⲗⲁ B. notat *os*, ⲧⲟⲟⲧ T. ⲧⲟⲧ M. ⲧⲁⲁⲧ B. est *manus*, ita ut ⲉⲣⲟ sit *ori*, ⲉⲧⲟⲟⲧ *manui*. Hinc habes:

		Theb.	Mem.	Basm.	
Pers. 1		ⲉⲣⲟⲓ	ⲉⲣⲟⲓ	ⲉⲗⲁⲓ	*mihi*
2	m.	ⲉⲣⲟⲕ	ⲉⲣⲟⲕ		*tibi* m.
	f.	ⲉⲣⲟ	ⲉⲣⲟ		*tibi* f.
3	m.	ⲉⲣⲟϥ	ⲉⲣⲟϥ	ⲉⲗⲁϥ	*ei* m.
	f.	ⲉⲣⲟⲥ	ⲉⲣⲟⲥ	ⲉⲗⲁⲥ	*ei* f.
Plur. 1		ⲉⲣⲟⲛ	ⲉⲣⲟⲛ	ⲉⲗⲁⲛ	*nobis*
2		ⲉⲣⲱⲧⲛ̄	ⲉⲣⲱⲧⲉⲛ	ⲉⲗⲁⲧⲉⲛ	*vobis*
3		ⲉⲣⲟⲟⲩ,ⲉⲣⲱⲟⲩ	ⲉⲣⲱⲟⲩ	ⲉⲗⲁⲩ	*eis.*
Pers. 1		ⲉⲧⲟⲟⲧ	ⲉⲧⲟⲧ		*mihi*
2	m.	ⲉⲧⲟⲟⲧⲕ̄	ⲉⲧⲟⲧⲕ		*tibi* m.
	f.	ⲉⲧⲟⲟⲧⲉ	ⲉⲧⲟϯ		*tibi* f.
3	m.	ⲉⲧⲟⲟⲧϥ̄	ⲉⲧⲟⲧϥ		*ei* m.
	f.	ⲉⲧⲟⲟⲧⲥ̄	ⲉⲧⲟⲧⲥ		*ei* f.
Plur. 1		ⲉⲧⲟⲟⲧⲛ̄	ⲉⲧⲟⲧⲉⲛ		*nobis*
2		ⲉⲧⲟⲟⲧⲧⲏⲛⲟⲩ, ⲉⲧⲟⲟⲧⲧⲏⲩⲧⲛ̄	ⲉⲧⲉⲛⲑⲏⲛⲟⲩ		*vobis*
3		ⲉⲧⲟⲟⲧⲟⲩ	ⲉⲧⲟⲧⲟⲩ		*eis.*

Basmuricum vidi етаатq *ei m.* Exempla dativi етенөннот *vobis* habes *Deut.* IV. 2. *Act.* V. 28. I. *Cor.* XI. 2.

Accusativus Pronominum.

Nota accusativi nominum est є, et н. Particula є assumens suffixa evadit єро mox expositum, atque adeo єро non solum dativum notat, sed etiam accusativum, vide *Iòh.* IX. 31. 35. 37. *Act.* III. 4. XVI. 9. 37. etc. Altera particula н assumtura suffixa componitur cum мо ignotae significationis, ut sit н̄мо, seu м̄мо. Hinc habes:

		Theb.	Mem.	Basm.	
Pers. 1		м̄моі	ммоі	м̄маі	*me*
2	m.	м̄мок	ммок		*te m.*
	f.	м̄мо	ммо		*te f.*
3	m.	м̄моq	ммоq	м̄маq	*eum*
	f.	м̄мос	ммос	м̄мас, м̄моо	*eam*
Plur. 1		м̄мон	ммон	м̄мaн	*nos*
2		м̄мωт̄н	ммωтен	м̄матен	*vos*
3		м̄мооү	ммωоү	м̄маү	*eos, eas.*

Si Tattami Lexico p. 248 credàs, м̄мо quosvis obliquos pronominum casus notat; scilicet vir acutissimus contulit Copticum м̄мо cum graecis casibus, quibus respondet in textu graeco, quasi syntaxis utriusque linguae par atque eadem sit. Equidem monebo verba substantiva ac neutra postulare accusativum, sic пма ене пере λαζαρος ммоq *locus quem* (in quo) *erat Lazarus Iòh.* XII. 1, пма анок єϯ м̄моq *locus quem* (in quo) *ego sum* ib. 26, пима енаqχн ммоq *locus quem* (in quo) *positus erat Gen.* XXI. 17, κατα θε ετετн̄о м̄мос *eo modo quem estis Act.* XXII. 3, н̄θε етq̄о м̄мос *eo modo quem est Sir.* XLIII. 31, ϕнетаqϣωпι ммоq *id quod contigit eum* (ei) *Act.* III. 10, оү петϣон м̄мо *quid contigit te* (tibi) *Gen.* XXI. 17. Singularis etiam est constructio єре петрос мокмек м̄моq *Petrus meditans se,* anne

secum? Act. x. 19, idem dic de ⲙⲟⲕⲙⲉⲕ ⲑⲏⲛⲟⲩ *recogitate vobiscum Hebr.* xii. 3. Sed in loco *Num.* xvi. 5 ⲛⲏⲉⲧⲁϥⲥⲟⲧⲡⲟⲩ ⲙ̀ⲙⲟϥ *quos elegit sibi*, credo mendosam lectionem coaluisse ex duabus, quarum altera dabat ⲛⲏⲉⲧⲁϥⲥⲟⲧⲡ ⲙ̀ⲙⲟⲟⲩ, altera ⲛⲏⲉⲧⲁϥⲥⲟⲧⲡⲟⲩ ⲉⲣⲟϥ; sane aliis in locis ⲥⲟⲧⲡ *eligere* construitur cum ⲉⲣⲟϥ, vel ⲛⲁϥ *sibi.*

Praeterea ⲙ̄ⲙⲟ genitivum notat in phrasibus ϩⲟⲉⲓⲛⲉ ⲙ̄ⲙⲟⲟⲩ *quidam illorum*, ⲡⲟⲩⲁ ⲡⲟⲩⲁ ⲙ̄ⲙⲱⲧⲛ̄ *unusquisque vestrum*, ⲛⲓⲙ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ *quis eorum*, ⲗⲁⲁⲩ ⲙ̄ⲙⲟⲟⲩ *aliquis eorum*, vide I. *Cor.* x. 10. *Luc.* xii. 6. xiii. 15. *Act.* ii. 3. xx. 31. Est etiam genitivus in ⲟⲩⲛⲁⲙ ⲙ̄ⲙⲟⲕ *dextera tua Sir.* xii. 12, ⲟⲩⲓⲛⲁⲙ ⲙ̀ⲙⲟⲓ *dextera mea Marc.* x. 40, ϫⲁϭⲏ ⲙ̀ⲙⲟϥ *sinistra eius Marc.* xv. 27.

Accedit ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̄ⲙⲟϥ, quod, uti mox dicam, notat *ab eo.*

Tandem accusativus ⲙ̄ⲙⲟ etiam regitur a praepositione T. M. B. ⲙ̄ⲙⲓⲛ incertae significationis. Subditur ⲙ̄ⲙⲓⲛ ⲙ̄ⲙⲟ 1.° variis casibus pronominum personalium, uti iis vis reflexa accedat, sic ⲉϫⲱϥ ⲙ̀ⲙⲓⲛ ⲙ̀ⲙⲟϥ *circa se ipsum*, ⲉⲣⲟⲓ ⲙ̀ⲙⲓⲛ ⲙ̀ⲙⲟⲓ *mihi ipsi*, ⲛⲏⲟⲩ ⲙ̄ⲙⲓⲛ ⲙ̄ⲙⲁⲩ B. *sibi ipsis Isai.* v. 21, ⲙ̄ⲙⲟⲛ ⲙ̄ⲙⲓⲛ ⲙ̄ⲙⲟⲛ *nosmetipsos.* 2.° Substantivis, ac notat *proprius*, uti ⲡⲉϥⲥⲱⲙⲁ ⲙ̀ⲙⲓⲛ ⲙ̀ⲙⲟϥ *proprium eius corpus*, alia exempla vide in meo Lexico p. 96.

Alia nota accusativi apud Thebanos est ϩⲏ *facies*, cuius forma constructa cum suffixis est ϩⲏⲧ. Hinc habes ϩⲏⲧ *facies mea, me*, ϩⲏⲧⲕ̄ *te* m., ϩⲏⲧⲉ *te* f., ϩⲏⲧϥ̄ *eum*, ϩⲏⲧⲥ̄ *eam*, ϩⲏⲧⲛ̄ *nos* etc. Sic ⲡⲉⲧⲣ̄ϩⲟⲧⲉ ϩⲏⲧϥ̄ *timentes eum Sir.* xv. 13. 19, ϫⲓⲙⲟⲉⲓⲧ ϩⲏⲧϥ̄ vel ϩⲏⲧⲛ̄ *ducere eum* vel *nos Act.* i. 16. vii. 40. ix. 8. xiii. 11. xxii. 11, ϭⲱϣⲧ ϩⲏⲧⲟⲩ *expectare eos Act.* xvii. 16. xxiv. 15. Saepe additur substantivum suffixi, uti ⲡⲉⲧⲣ̄ϩⲟⲧⲉ ϩⲏⲧϥ̄ ⲙ̄ⲡϫⲟⲉⲓⲥ *timens eum Dominum Sir.* ii. 7. 8. 15. 16. 17, ⲛⲉⲩⲣ̄ϩⲟⲧⲉ ϩⲏⲧϥ̄ ⲙ̄ⲡⲗⲁⲟⲥ *timebant populum Act.* v. 26,

ⲡⲉⲧⲡⲏⲧ ϩⲏⲧϥ ⲛ̄ⲟⲩϩⲟϥ *fugiens serpentem Sir.* xxi. 2 (ubi graecus habet φεύγειν ἀπὸ προσώπου ὄφεως, adeo verum est ϩⲏ esse faciem) ϣⲓⲡⲉ ϩⲏⲧϥ ⲛ̄ⲡⲣⲱⲙⲉ *revereri hominem Sir.* xxi. 22 (iterum graecus habet ἀπὸ προσώπου) ⲡⲉⲧϭⲱϣⲧ ϩⲏⲧⲥ ⲛ̄ⲧⲉϥⲥⲃⲱ ὁ ἐκδεχόμενος παιδείαν αὐτοῦ *Sir.* xviii. 14, vide etiam *Sir.* vi. 19. xiii. 11. xxii. 25. xxiii. 18. Quapropter *Act.* ii. 13 ⲉⲣⲉ ϩⲏⲧⲟⲩ ⲙⲉϩ ⲛ̄ⲉⲙⲣⲓⲥ verte *sunt facies eorum plenae musto.* Quod accusativi genus usurpatur post verba ⲣ̄ϩⲟⲧⲉ *timere*, ϫⲓⲙⲟⲉⲓⲧ *ducere*, ϣⲓⲡⲉ *revereri*, ϭⲱϣⲧ *expectare*, ⲡⲏⲧ *fugere*; vidi etiam post ϩⲱⲡ *occultare Sir.* xxii. 25, ⲙⲟⲩⲧⲉ ⲉⲃⲟⲗ *invitare Sir.* xiii. 11. Tandem caveant tirones, ne eiusmodi ϩⲏⲧ confundant cum ϩⲏⲧ *cor*, hoc enim assumens suffixa mutatur in ϩⲧⲏ.

Ablativus Pronominum.

Eaedem praepositiones, quae ablativum nominum indicant, usurpantur etiam in ablativo pronominum, sed forma paullo mutata, quae par sit excipiendis suffixis, uti sequens tabella docet;

Forma absoluta	constructa
ⲛ̄ⲧⲛ̄	ⲛ̄ⲧⲟⲟⲧ T, ⲛ̀ⲧⲟⲧ M, ⲛ̄ⲧⲁⲁⲧ B.
ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̄	ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̄ⲙⲟ T. M, ⲉⲃⲁⲗ ⲙ̄ⲙⲁ B.
	ⲉⲃⲟⲗⲛ̄ϩⲏⲧ T, ⲉⲃⲟⲗⲛ̀ϧⲏⲧ M, ⲉⲃⲁⲗⲛ̄ϩⲏⲧ B.
ⲉⲃⲟⲗϩⲁ	ⲉⲃⲟⲗϩⲁⲣⲟ M.
ⲉⲃⲟⲗϩⲓ	ⲉⲃⲟⲗϩⲓⲱⲱ T, ⲉⲃⲟⲗϩⲓⲱⲧ M.
ϩⲓⲧⲛ̄	ϩⲓⲧⲟⲟⲧ T, ϩⲓⲧⲟⲧ M, ϩⲓⲧⲁⲁⲧ B.
ⲉⲃⲟⲗϩⲓⲧⲛ̄	ⲉⲃⲟⲗϩⲓⲧⲟⲟⲧ T, ⲉⲃⲟⲗϩⲓⲧⲟⲧ M, ⲉⲃⲁⲗϩⲓⲧⲁⲁⲧ B.
ⲉⲃⲟⲗϩⲓϫⲛ̄	ⲉⲃⲟⲗϩⲓϫⲱ.

Praepositionem ⲉⲃⲟⲗϩⲛ̄ T, ⲉⲃⲟⲗϧⲉⲛ M. supra recensitam in ablativo nominum consulto hic omisi, quia non recipit suffixa. Praepositiones cum ⲧⲟⲟⲧ vel ⲧⲟⲧ constructae consonant cum ⲉⲧⲟⲟⲧ, ⲉⲧⲟⲧ supra exposito in suffixis accipiendis; ⲉⲃⲟⲗϩⲁⲣⲟ, et ⲉⲃⲟⲗϩⲓϫⲱ concinunt

cum ⲙ̄ⲙⲟ; de ⲉⲃⲟⲗϩⲓⲧⲟⲧ dicam inferius illustrans particulam ϩⲓ. Sed iuvat nonnullarum significationem accuratius declarare.

Multis in locis ⲛ̄ⲧⲟⲟⲧ valet *ab*, uti *Ioh.* viii. 26. x. 18. xi. 48. *Act.* i. 4. xvi. 19 etc. Sed alibi est *in manu*, vel *in*, utpote constans ex ⲛ *in* et ⲧⲟⲟⲧ *manus*. Sic ⲛ̄ⲧⲉ ⲟⲩⲥⲫⲣⲁⲅⲓⲥ ϭⲱ ⲛ̄ⲧⲟⲟⲧϥ̄ ⲙ̄ⲡⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ *sigillum manebit in manu Episcopi Z.* 625. Verba *esse*, *poni*, *iacere* et similia constructa cum ⲛ̄ⲧⲟⲟⲧ *in manu* notant *habere*; sic ⲉⲣⲉ ⲡⲅⲗⲟⲥⲟⲕⲱⲙⲟⲛ ⲛ̄ⲧⲟⲟⲧϥ̄ (Mem. ⲛ̄ⲧⲟⲧϥ) *habens marsupium Ioh.* xii. 6, ⲉⲣⲉ ⲛ̄ϩⲏⲛⲉ ⲛ̄ⲧⲟⲟⲧⲟⲩ *habentes aromata Luc.* xxiv. 1, ⲛⲁϥⲭⲏ ⲛ̄ⲧⲟⲧⲟⲩ ϩⲱⲥ ⲟⲩⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ *positus erat in eorum manibus uti propheta*, scil. *habebant eum uti prophetam Matth.* xiv. 5; et, subintellecto verbo *esse*, ⲙ̄ⲙⲟⲛ ϩⲟⲩⲟ ⲉⲉ̄ ⲛ̄ⲱⲓⲕ ⲛ̄ⲧⲟⲟⲧⲉⲛ *non plus quam quinque panes in manibus nostris*, *non habemus nisi quinque panes Luc.* ix. 13, vide etiam *Ioh.* iv. 11 in utroque textu, et I. *Ioh.* ii. 23. Hinc ⲫⲏⲉⲧⲉ ⲛ̄ⲧⲟⲧϥ *quod in manu eius*, scil. *quod habet Matth.* xiii. 12. *Marc.* iv. 25. Cave vero, ne credas ⲛ̄ⲧⲟⲟⲧ notare accusativum. Unicus, qui id suadeat, locus est *Matth.* xvi. 22. ⲁϥϣⲟⲡⲥ̄ ⲛ̄ⲧⲟⲟⲧϥ̄ ⲛ̄ϭⲓ ⲡⲉⲧⲣⲟⲥ *assumsit eum Petrus*; sed ibi repone ⲁϥϣⲟⲡϥ̄ *assumsit eum in se Petrus*, atque meo in Lexico p. 302 dele omnino ϣⲟⲡⲥ̄ *assumere*, hoc enim verbum nuspiam alibi occurrit. — Paria dic de idiotismo ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̄ⲧⲟⲧ *de in manu*, *ab*, *ex*, sic ⲉϥⲉⲛⲁϩⲙⲉⲧ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̄ⲧⲟⲧⲟⲩ ⲛ̄ⲛⲁϫⲁϫⲓ ⲉⲧϫⲟⲣ ⲛⲉⲙ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̄ⲧⲟⲧⲟⲩ ⲛ̄ⲛⲏⲉⲑⲙⲟⲥϯ ⲙ̄ⲙⲟⲓ *liberabit me de in manu eorum inimicorum meorum fortium* (de inimicis meis fortibus) *et de in manu eorum* (de iis) *qui oderunt me Psal.* xvii. 16.

Accusativum exponens dixi ⲙ̄ⲙⲟ notare accusativum, ac raro genitivum. Quod si ⲉⲃⲟⲗ praecedat ⲙ̄ⲙⲟ valet *ab*, sic ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̄ⲙⲟⲓ *a me*, ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̄ⲙⲟⲕ *a te*.

Thebanum ⲉⲃⲟⲗⲛ̄ϩⲏⲧ vi sui etymi notat *a facie*; Mem-

phitae vero scribunt ⲉⲃⲟⲗⲛ̀ϧⲏⲧ, licet numquam apud eos ϧⲏ vel ϧⲏⲧ notet *faciem*. Hinc ⲉⲃⲟⲗⲛ̄ϩⲏⲧϥ T, ⲉⲃⲟⲗⲛ̀ϧⲏⲧϥ M, ⲉⲃⲁⲗⲛ̄ϩⲏⲧϥ B. *ab eo*.

Soli Memphitae, qui frequentant ⲉⲃⲟⲗϩⲁ, utuntur etiam constructo ⲉⲃⲟⲗϩⲁⲣⲟ, ubi ⲣⲟ est *facies*, *os*. Hinc ⲉⲃⲟⲗϩⲁⲣⲱⲓ *a me*, ⲉⲃⲟⲗϩⲁⲣⲟⲛ *a nobis*, ⲉⲃⲟⲗϩⲁⲣⲱⲧⲉⲛ *a vobis*. Tattamus in Lexico p. 69 citat etiam — ⲉⲃⲟⲗϩⲁⲣⲱⲟⲩ πρὸς αὐτοὺς *ad eos Gen*. XLIII. 23. — Perperam, nam ibi legitur ⲁϥⲉⲛ ⲥⲓⲙⲉⲱⲛ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲁⲣⲱⲟⲩ, iamvero ⲉⲛ ⲉⲃⲟⲗ est *educere*, verte igitur *eduxit Simeonem ad eos*.

Cum ϩⲓ *super* assumens suffixa evadat ϩⲓⲱⲱ T, ϩⲓⲱⲧ M, etiam ⲉⲃⲟⲗϩⲓ duplicem induit formam pro varietate dialectorum, exempla vide in meo Lexico p. 22 et in Tattamo p. 70, qui solam formam Memphiticam recensuit.

Forma constructa τοῦ ϩⲓⲧⲛ̄ est ϩⲓⲧⲟⲟⲧ T, ϩⲓⲧⲟⲧ M, porro ⲧⲟⲟⲧ, ⲧⲟⲧ est *manus*. Sive ϩⲓⲧⲛ̄, sive ⲉⲃⲟⲗϩⲓⲧⲛ̄, notat ὑπὸ *ab*, seu causam efficientem; utrumque usurpatur post verba passiva, *vae homini* ⲉⲃⲟⲗϩⲓⲧⲟⲧϥ a quo *filius hominis tradetur Matth*. XXVI. 24.

Tandem ⲉⲃⲟⲗϩⲓϫⲛ̄ constructum cum suffixis evadit ⲉⲃⲟⲗϩⲓϫⲱ, sic *proiiciamus iugum ipsorum* ⲉⲃⲟⲗϩⲓϫⲱⲛ *de supra nos*, seu *a nobis Psal*. II. 2; nam ϩⲓϫⲛ̄ notat *super*.

Casus Obliquus Secundae Personae Pluralis.

Dixi superius ⲧⲏⲩⲧⲛ̄ T, ⲑⲏⲛⲟⲩ M, ⲧⲏⲛⲟⲩ B. notare casus obliquos secundae personae pluralis. Revera legimus *Rom*. VI. 17. ⲛ̄ⲧⲁⲩϯ ⲧⲏⲩⲧⲛ̄ ⲉⲣⲟϥ *quem dederunt vobis*, ubi Memphiticus habet ⲁⲩϯ ⲑⲏⲛⲟⲩ *dederunt vobis*, vide etiam *Deut*. XXXI. 5. 29. *Matth*, XXVIII. 20. *Hebr*. IX. 20. Saepius est accusativus ⲛⲉϫ ⲧⲏⲩⲧⲛ̄ *proiicere vos*, ⲧⲟⲩϫⲉ ⲑⲏⲛⲟⲩ *salvate vos*, ⲕⲁⲧ ⲧⲏⲛⲟⲩ B. *convertere vos*, et sic passim post verba activa. Eiusmodi pronomen adhibent Copti post voces, quae compositae

cum suffixo ⲧⲛ̄ ⲧⲉⲛ *vos* facile confunderentur cum iisdem compositis cum suffixo ⲛ̄ ⲉⲛ *nos*; hae porro voces, uti facile quisque praesentit, illae sunt, quae exeunt in ⲧ. Sic si praepositioni ⲛ̄ϩⲏⲧ T, ⲛ̀ϧⲏⲧ M. *in* suffixa primae et secundae pers. plur. apponas, habebis ⲛ̄ϩⲏⲧⲛ̄, ⲛ̀ϧⲏⲧⲉⲛ *in nobis*, et ⲛ̄ϩⲏⲧⲧⲛ̄, ⲛ̀ϧⲏⲧⲧⲉⲛ *in vobis*. Quod discrimen cum levissimum videretur, Copti maluerunt uti casu obliquo, ac scribere Thebaice ⲛ̄ϩⲏⲧⲧⲏⲩⲧⲛ̄ *Iac.* v. 13, et Memphitice ⲛ̀ϧⲏⲧⲉⲛⲑⲏⲛⲟⲩ *Rom.* I. 12, vel ⲛ̀ϧⲏⲧ ϧⲉⲛ ⲑⲏⲛⲟⲩ II. *Cor.* VII. 15 *in vobis*. A vocibus in ⲧ exeuntibus ad alias digressi scripserunt etiam ⲉϫⲛ̄ ⲧⲏⲩⲧⲛ̄ *super vos Act.* XV. 28, quod commode scribi poterat ⲉϫⲱⲧⲛ̄ distinctum ab ⲉϫⲱⲛ *super nos*. Locus *Matth.* XXIII. 8. ⲛ̄ⲧⲱⲧⲛ̄ ⲇⲉ ⲧⲏⲩⲧⲛ̄ suaderet ⲧⲏⲩⲧⲛ̄ esse nominativum *nos*, sed repone ⲧⲏⲣⲧⲛ̄ *omnes*, uti Graecus et Memphiticus textus iubent.

Dixi Memphitas scribere ⲛ̀ϧⲏⲧⲉⲛⲑⲏⲛⲟⲩ, nam, ut tollant concursum duarum consonarum ⲧⲑ, inserunt ⲉⲛ, adeoque pro ⲉⲣⲁⲧⲑⲏⲛⲟⲩ *ad vos* scribunt ⲉⲣⲁⲧⲉⲛⲑⲏⲛⲟⲩ I. *Cor.* XVI. 13. II. *Cor.* VII. 11; pro ⲱ ⲟⲩⲛⲓⲁⲧⲑⲏⲛⲟⲩ *beati vos* ⲱ ⲟⲩⲛⲓⲁⲧⲉⲛⲑⲏⲛⲟⲩ *Ioh.* XIII. 17. Sunt etiam particulae Memphiticae, quae syllabam ⲧⲉⲛ adsciscunt, ut cum ⲑⲏⲛⲟⲩ componantur; sic ⲉⲧⲉⲛⲑⲏⲛⲟⲩ *vobis* ab ⲉ nota dativi, quod superius attigi dativum pronominum exponens; ⲛ̀ⲧⲉⲛⲑⲏⲛⲟⲩ *vobis* a ⲛ dativi nota, vide *Deut.* I. 17. I. *Cor.* XI. 23. XV. 3. I. *Petr.* I. 18 etc., adeoque Memphitae scribunt ⲟⲩⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲑⲏⲛⲟⲩ *est vobis Ioh.* XXI. 5. pro ⲟⲩⲟⲛⲧⲉⲧⲉⲛ, de quo vide meum Lexicon p. 146. His adde ⲥⲁⲧⲉⲛ̀ⲑⲏⲛⲟⲩ *statim vos Marc.* XI. 2, eius forma cum ceteris suffixis est ⲥⲁⲧⲟⲧ, sic ⲥⲁⲧⲟⲧϥ *statim ipse*, ⲥⲁⲧⲟⲧⲉⲛ *statim nos*; hinc intelligimus formam absolutam fuisse ⲥⲁ *statim*, quae antiquata nuspiam occurrit, originem tamen dedit vocabulo ⲥⲁⲓⲱⲟⲩ *celer, velox esse*.

Praepositiones assumturae pronomen ⲑⲏⲛⲟⲩ, ⲧⲏⲩⲧⲛ̄,

vel servant formam absolutam, vel mutantur in constructam. Cum forma constructa vidi ⲉⲃⲟⲗϩⲓⲧⲟⲧⲉⲑⲏⲛⲟⲩ *a vobis Z.* 81. ⲛ̄ϩⲏⲧⲧⲏⲩⲧⲛ̄ *in vobis*, ϩⲱⲧⲧⲏⲩⲧⲛ̄ et Basmurice ϩⲱⲧⲧⲏⲛⲟⲩ *etiam vos* I. *Thess.* II. 9. ϩⲓⲱⲧⲧⲏⲩⲧⲛ̄ *super vos Luc.* IX. 13. XII. 22, atque ita ⲧⲏⲩⲧⲛ̄ et ⲑⲏⲛⲟⲩ sunt vera affixa. Retinent formam absolutam Thebaice ⲉⲧⲃⲉ ⲧⲏⲩⲧⲛ̄ *propter vos*, ⲛ̄ⲧⲛ̄ ⲧⲏⲩⲧⲛ̄ *a vobis*, ⲛ̄ⲧⲉ ⲧⲏⲩⲧⲛ̄ ὑμῶν *Act.* XIII. 15, ⲉϫⲛ̄ ⲧⲏⲩⲧⲛ̄ *supra vos*, et Memphitice ⲉϩⲣⲉⲛ ⲑⲏⲛⲟⲩ *inter vos Luc.* XXII. 17. ⲉⲑⲃⲉ ⲑⲏⲛⲟⲩ *propter vos*, ⲛ̀ⲥⲁ ⲑⲏⲛⲟⲩ *post vos*, ϧⲁⲧⲉⲛ ⲑⲏⲛⲟⲩ *apud vos*, ϩⲓ ⲑⲏⲛⲟⲩ *super vos Luc.* XII. 22. ⲉϫⲉⲛ ⲑⲏⲛⲟⲩ *super vos*; atque ita ⲧⲏⲩⲧⲛ̄ et ⲑⲏⲛⲟⲩ sunt voces seiunctae, non affixae. Utramque etiam formam usurpatam vidi, sic ⲉϫⲛ̄ ⲧⲏⲩⲧⲛ̄ *Act.* XV. 28, et ⲉϫⲱⲧⲛ̄ *Luc.* XII. 14, ⲉⲃⲟⲗϩⲓⲧⲉⲛ ⲑⲏⲛⲟⲩ II. *Cor.* I. 16, et ⲉⲃⲟⲗϩⲓⲧⲟⲧⲉⲑⲏⲛⲟⲩ *Z.* 82 *a vobis.*

Necessario vero adhibetur eiusmodi pronomen post praepositiones aut voces, quae carent forma constructa, adeoque scribitur ϧⲉⲛ ⲑⲏⲛⲟⲩ M, ϩⲛ̄ ⲧⲏⲛⲟⲩ B. *in vobis*, ⲉⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲑⲏⲛⲟⲩ M. *a vobis.* Tandem in usu est tamquam accusativus post verba activa, de quo dicam inferius.

Vidimus usum huiusce casus obliqui niti facili confusioni inter suffixa ⲛ̄, et ⲧⲛ̄, quod adeo verum est, ut Wilkinsius II. *Cor.* I. 20. III. 3 ⲉⲃⲟⲗϩⲓⲧⲟⲧⲉⲛ reddiderit *per vos*, et II. *Cor.* VI. 12 ⲛ̀ϧⲣⲏⲓ ⲛ̀ϧⲏⲧⲉⲛ converterit *in vobis*; emenda *per nos*, *in nobis*, sic enim rationes grammaticae praecipiunt, et graecus textus, qui ibi legit ἡμῶν.

§ 5. *Pronomina Personalia Geminata.*

Pronomina personalia quandoque vicem sustinent verbi *esse*, maxime si proxime geminentur, quo in casu Thebani diversam secundi pronominis formam amant. Sic ⲁⲛⲟⲕ ⲁⲛⲅ ⲟⲩⲉⲃⲟⲗϩⲛ ⲧⲡⲉ *ego sum ex coelo Ioh.* VIII. 23.

ⲛ̄ⲧⲟⲕ ⲛ̄ⲧⲕ ⲛⲓⲙ *tu quis es? Ioh.* VIII. 25. In prima pers. plur. pro ⲁⲛⲟⲛ *nos* scribunt ⲁⲛ, quod confundendum non est cum ⲁⲛ *fuimus* praeformante primae pers. plur. praeteritorum; sic ⲁⲛⲟⲛ ⲁⲛ ϩⲉⲛⲉⲃⲟⲗϩⲙ̄ ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ *nos sumus ex Deo* I, *Ioh.* IV. 6. ⲁⲛⲟⲛ ϩⲱⲱⲛ ⲁⲛ ϩⲉⲛⲣⲱⲙⲉ *nos etiam sumus homines Act.* XIV. 14, Memphiticus utrobique habet ⲁⲛⲟⲛ ⲁⲛⲟⲛ. Legitur etiam solitarium ⲁⲛ pro *sumus Hebr.* XI. 13. *confessi sunt* ϫⲉ ⲁⲛ ϩⲛ̄ϣⲙ̄ⲙⲟ ⲁⲩⲱ ⲁⲛ ϩⲛ̄ⲣⲙ̄ⲛ̄ϭⲟⲓⲗⲉ *quod sumus peregrini, et sumus advenae.* — In secunda pers. plur. Thebani scribunt ⲛ̄ⲧⲉⲧⲛ̄ *estis*, sic ⲛ̄ⲧⲱⲧⲛ̄ ⲛ̄ⲧⲉⲧⲛ̄ ϩⲉⲛⲉⲃⲟⲗϩⲙ̄ ⲡⲕⲁϩ *vos estis ex terra Ioh.* VIII. 23. ⲛ̄ⲧⲱⲧⲛ̄ ⲇⲉ ⲛ̄ⲧⲉⲧⲛ̄ ⲛⲓⲙ *vos vero qui estis? Act.* XIX. 15, sic ⲛ̄ⲧⲱⲧⲛ̄ ⲛ̄ⲧⲉⲧⲛ̄ *vos estis Luc.* XI. 13. *Gal.* IV. 28. I. *Petr.* II. 9. I. *Ioh.* IV. 4. Memphiticus semper ingeminat ⲛ̀ⲑⲱⲧⲉⲛ ⲛ̀ⲑⲱⲧⲉⲛ. Solitarium ⲛ̄ⲧⲉⲧⲛ̄ *estis* legitur I. *Cor.* III. 16. *nescitis* ϫⲉ ⲛ̄ⲧⲉⲧⲛ̄ ⲡⲣⲡⲉ ⲙ̄ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ *quod estis templum Dei?*

CAPUT XIII.

DE PRONOMINE POSSESSIVO.

Quamvis genitivi casus pronominum personalium ⲛ̄ⲧⲁⲓ, ⲛ̄ⲧⲁⲕ *mei, tui* etc. vices fungere possint pronominum possessivorum, haec tamen peculiarem habent formam, quae constat ex articulo definito, atque ⲱ in singulari et ⲟⲩ in plurali, ut sit Thebane ⲡⲱ, ⲧⲱ, ⲛⲟⲩ, et Memphitice ⲫⲱ, ⲑⲱ, ⲛⲟⲩ, quibus affixa adduntur.

Masculinum Singulare

Theb.	Memph.	
ⲡⲱⲓ	ⲫⲱⲓ	*ὁ ἐμοῦ meus*
ⲡⲱⲕ	ⲫⲱⲕ	*ὁ σοῦ tuus*, o homo
ⲡⲱ	ⲫⲱ	*ὁ σοῦ tuus*, o femina
ⲡⲱϥ	ⲫⲱϥ	*ὁ αὐτοῦ suus* hominis
ⲡⲱⲥ	ⲫⲱⲥ	*ὁ αὐτῆς suus* feminae
ⲡⲱⲛ	ⲫⲱⲛ	*ὁ ἡμῶν noster*
ⲡⲱⲧⲛ̄	ⲫⲱⲧⲉⲛ	*ὁ ὑμῶν vester*
ⲡⲱⲟⲩ	ⲫⲱⲟⲩ	*ὁ αὐτῶν suus.*

Femininum Singulare.

ⲧⲱⲓ	ⲑⲱⲓ	*ἡ ἐμοῦ mea*
ⲧⲱⲕ	ⲑⲱⲕ	*ἡ σοῦ tua*, o homo
ⲧⲱ	ⲑⲱ	*ἡ σοῦ tua*, o femina
ⲧⲱϥ	ⲑⲱϥ	*ἡ αὐτοῦ sua* hominis
ⲧⲱⲥ	ⲑⲱⲥ	*ἡ αὐτῆς sua* feminae
ⲧⲱⲛ	ⲑⲱⲛ	*ἡ ἡμῶν nostra*
ⲧⲱⲧⲛ̄	ⲑⲱⲧⲉⲛ	*ἡ ὑμῶν vestra*
ⲧⲱⲟⲩ	ⲑⲱⲟⲩ	*ἡ αὐτῶν sua.*

Plurale

ⲛⲟⲩⲓ	ⲛⲟⲩⲓ	*οἱ αἱ ἐμοῦ mei, ae*
ⲛⲟⲩⲕ	ⲛⲟⲩⲕ	*οἱ αἱ σοῦ tui, ae*, o homo
ⲛⲟⲩ	ⲛⲟⲩ	*οἱ αἱ σοῦ tui, ae*, o femina
ⲛⲟⲩϥ	ⲛⲟⲩϥ	*οἱ αἱ αὐτοῦ sui, ae*, hominis
ⲛⲟⲩⲥ	ⲛⲟⲩⲥ	*οἱ αἱ αὐτῆς sui, ae* feminae
ⲛⲟⲩⲛ	ⲛⲟⲩⲛ	*οἱ αἱ ἡμῶν nostri, ae.*
ⲛⲟⲩⲧⲛ̄	ⲛⲟⲩⲧⲉⲛ	*οἱ αἱ ὑμῶν vestri, ae.*
ⲛⲟⲩⲟⲩ	ⲛⲟⲩⲟⲩ	*οἱ αἱ αὐτῶν sui, ae.*

Pro ⲛⲟⲩϥ et ⲛⲟⲩⲧⲉⲛ Memphiticis legitur etiam ⲛⲱϥ *Z.* 54, ⲛⲱⲧⲉⲛ II. *Cor.* IV. 5. Pro ⲛⲟⲩⲟⲩ Thebano vidi ⲛⲱⲟⲩ *Z.* 589. *Pap.* VI. 7.

Exempla huiusce pronominis habes in ⲑⲱⲓ ϩⲱ ⲧⲉ *mea etiam est Rom.* xvi. 13. ⲉⲣ ⲑⲱⲛ *esse nostra Marc.* xii. 7. ⲟⲩⲏⲓ ⲉⲙⲡⲱⲕ ⲁⲛ ⲡⲉ *domus tua non est Sir.* xxix. 22, ϩⲛ̄ⲛⲟⲃⲉ ⲛ̄ⲛⲟⲩⲕ ⲁⲛ ⲡⲉ *peccata non tua* I. *Tim.* v. 22, ⲫⲱⲓ ⲡⲉ ⲅⲁⲗⲁⲁⲇ *meus est Galaad Psal.* lix. 9.

CAPUT XIV.

DE PRONOMINE DEMONSTRATIVO.

Pronomen demonstrativum aliud est proximum *hic*, aliud remotum *ille*. Primum est

Theb.	ⲡⲁⲓ *hic*	ⲧⲁⲓ *haec*	ⲛⲁⲓ *hi, hae*
Memph.	ⲫⲁⲓ	ⲑⲁⲓ	ⲛⲁⲓ
Basm.	ⲡⲉⲓ	ⲧⲉⲓ	ⲛⲉⲓ

quae ex articulo definito ⲡ, ⲧ, ⲛ orta quisque videt. Sic ⲫⲁⲓ (T. ⲡⲁⲓ) ⲡⲉ ⲡⲁⲥⲱⲙⲁ *hoc est corpus meum Matth.* xxvi. 26. ⲧⲁⲓ (M. ⲑⲁⲓ) ⲧⲉ ⲧⲁⲁⲡⲟⲗⲟⲅⲓⲁ *haec est mea apologia* I. *Cor.* ix. 3. ⲉⲧⲁ ⲡⲉⲓ ⲇⲉ ⲥⲱⲧⲙ B. *cum hic audisset Ioh.* iv. 47. Et cum praefixis casuum ⲁⲓϣⲁⲛϫⲟⲥ ⲙ̀ⲫⲁⲓ *si dico huic Matth.* viii. 9.

Quod si pronomen immediate coniungendum sit cum suo substantivo, tum scribitur

Theb.	ⲡⲉⲓ vel ⲡⲓ	ⲧⲉⲓ vel ϯ	ⲛⲉⲓ vel ⲛⲓ
Memph.	ⲡⲁⲓ	ⲧⲁⲓ	ⲛⲁⲓ

Basmurici nihil mutant. Thebaica exempla habes in ⲡⲉⲓϣⲁϫⲉ *hoc verbum Act.* xv. 6. ⲙ̄ⲡⲓⲙⲁ *in hoc loco Marc.* ix. 5, vide etiam *Luc.* xviii. 11. xxii. 15. 20 — ⲧⲉⲓⲡⲟⲗⲓⲥ *haec urbs Act.* xvi. 12. ⲛ̄ϯⲟⲩϣⲏ *hac nocte Z.* 240. ⲛ̄ⲧⲉⲓϩⲉ *hoc modo Z.* 224 — ⲛⲉⲓⲣⲱⲙⲉ *hi homines Act.* xvi. 20. 35. ⲛⲓⲕⲟⲩⲓ *hi pauci Matth.* xxv. 45, vide *Sir.* xvi. 23. *Luc.* xxiv. 17. Item Memphitice ⲡⲁⲓⲥⲁϫⲓ *verbum hoc*

Act. xv. 6. ⲧⲁⲓⲡⲁⲣⲁⲃⲟⲗⲏ *haec parabola Luc.* xx. 9. ⲧⲁⲓϩⲓⲕⲱⲛ *haec imago Marc.* xii. 16. ⲛⲁⲓⲱⲛⲓ *hi lapides Matth.* iv. 3 Basmurici pergunt scribere ⲡⲉⲓⲥⲙⲁⲧ *Q.* 245. ⲡⲉⲓⲡⲛ̄ⲁ 244. ⲧⲉⲓϩⲏ 238.

Pronomen demonstrativum remotum est

T. B. ⲡⲏ *ille* ⲧⲏ *illa* ⲛⲏ *illi, ae.*

M. ⲫⲏ ⲑⲏ ⲛⲏ

vel pro quovis genere ac numero

T. ⲉⲧⲙ̄ⲙⲁⲩ, M. ⲉⲧⲉⲙⲙⲁⲩ, B. ⲉⲧⲙ̄ⲙⲉⲩ *ille, a, i, ae.* Ita *Luc.* xviii. 14. *descendit* ⲡⲁⲓ *hic iustificatus* ⲉⲡⲏ *prae illo*, ubi Memphiticus habet ⲫⲁⲓ et ⲫⲏ. Tum *Fragm.* 428 *separat* ⲛ̄ⲛⲁⲓ ⲉⲃⲟⲗ ⲉⲛⲏ *istos ab illis*; et *Z.* 306 ⲙ̄ⲡⲉⲓⲙⲁ ⲏ ⲡⲏ *hoc in loco aut illo*, vide *Ioh.* ix. 25. x. 6. xi. 13. xx. 15. Cum praefixis casuum ⲙ̄ⲡⲏ *illi Ioh.* ix. 17. Memphitica exempla habes *Exod.* vii. 12. *Num.* xxii. 33. *Amos* v. 3. *Ioh.* x. 35.

Pronomen ⲉⲧⲙ̄ⲙⲁⲩ coalescit ex ⲉⲧ *qui*, et ⲙ̄ⲙⲁⲩ *ibi* ἐκεῖ, quare apprime respondet graeco ἐκεῖνος. Sic ⲡⲓⲙⲁ ⲉⲧⲉⲙⲙⲁⲩ *locus ille*, ϯⲡⲟⲗⲓⲥ ⲉⲧⲉⲙⲙⲁⲩ *civitas illa*, ⲛⲓⲣⲱⲙⲓ ⲉⲧⲉⲙⲙⲁⲩ *viri illi*; atque ita semper scribitur sine articulo post substantivum, vide *Act.* xvi. 3. 12. 18. 35. Quoties vero absolute usurpatur sine substantivo, tunc Thebaice assumit articulum definitum; sic *ille* ⲡⲉⲧⲙ̄ⲙⲁⲩ *fur est Ioh.* x. 1. ⲙⲁⲑⲏⲧⲏⲥ ⲙ̄ⲡⲉⲧⲙ̄ⲙⲁⲩ discipulus *illius Ioh.* ix. 28. ⲁϥⲙⲟⲩⲧⲉ ⲉⲛⲉⲧⲙ̄ⲙⲁⲩ *vocavit illos Ioh.* x. 35, vide *Luc.* xxii. 12. *Ioh.* iv. 25. viii. 44. ix. 12. 37. Memphitice vero scribitur ⲫⲏ ⲉⲧⲉⲙⲙⲁⲩ *ille Luc.* xxii. 12. *Ioh.* viii. 44. ix. 28, vel ⲫⲁⲓ ⲉⲧⲉⲙⲙⲁⲩ *Ioh.* x. 1. Sed hae formae Memphiticae rariores sunt, quam Thebana ⲡⲉⲧⲙ̄ⲙⲁⲩ; nam Memphitae utuntur etiam pronomine ⲛ̀ⲑⲟϥ *ipse Ioh.* iv. 25, ⲛⲏ *illi Ioh.* x. 35.

Tandem Memphitae pro ⲉⲧⲉⲙⲙⲁⲩ scribunt etiam ⲉⲧⲧⲏ, quod constat ex ⲉⲧ *qui*, et adverbio ⲧⲏ *ibi, illic*, ita ut ⲉⲧⲧⲏ sit ἐκεῖνος, vide *Gen.* xxxvii. 19. *Num.* xvi. 14.

Deut. XIII. 5. *Matth.* XXVI. 29. XXVII. 19. *Gal.* IV. 29 semper ponitur post substantivum, ac numquam assumit articulum.

CAPUT XV.

DE PRONOMINE RELATIVO.

Pronomen relativum Coptis est ⲉⲧⲉ ⲉⲧ, Thebaice etiam et Basmurice ⲛ̄ⲧ, tandem ⲉ, pro utroque genere ac numero *qui, quae*. Numquam assumit praefixa casuum, nisi habeat articulum definitum. Vox ⲉⲧⲉ solitaria est, uti *hostis* ⲉⲧⲉ ⲡⲙⲟⲩ ⲡⲉ *qui est mors* I. *Cor*. XV. 26, ubi Memphiticus et Basmuricus habent etiam ⲉⲧⲉ; ceterae ⲉⲧ, ⲛ̄ⲧ, ⲉ praefiguntur vocabulis.

Non ita facile constitui potest quando altera forma alteri praeferenda sit; duo tamen canones proponi possunt, euphonia consideranda, amphibologia vitanda.

Ob euphoniam ⲉⲧⲉ maxime occurrit ante voces a duabus consonis incipientes; sic ⲉⲧⲉ ⲙ̄ⲡⲉ, ⲉⲧⲉ ⲛ̄ⲥⲉ, ⲉⲧⲉ ⲧ̄ⲛ, tamen legitur ⲉⲧ ⲙ̄ⲡⲉ *Matth*. XXI. 2. ⲡⲉⲧ ⲛ̄ϩⲏⲧ̄ϥ *Act*. XVII. 24. I. *Cor*. II. 11. Ante ⲡⲁⲓ, ⲧⲁⲓ, ⲛⲁⲓ scribitur etiam ⲉⲧⲉ, vide *Act*. XVI. 12. XIX. 4. I. *Cor*. III. 11.

Ut vitent amphibologiam Copti scribunt ⲡⲙⲁ ⲉⲧⲉ ⲙⲉⲣⲉ... ϩⲱⲛ ⲉⲣⲟϥ *locus ad quem non accedit*, nam ⲉⲧⲙⲉⲣⲉ esset *amans*, ⲉⲙⲉⲣⲉ *ad amandum*.

Memphiticum ⲉⲧ semper usurpatur ante vocales, et saepe ante consonas, sic ⲡⲓⲉϩⲟⲟⲩ ⲉⲧⲉϥϫⲟⲩϣⲧ ϧⲁϫⲱϥ *dies quem expectat*, ⲛⲓⲁⲗⲟⲩ ⲉⲧϧⲉⲛ ⲃⲏⲑⲗⲉⲉⲙ *infantes qui in Bethleem*, ubi Thebanus habet ⲉⲧϩ̄ⲛ. Memphitice vero scribitur ⲉⲑ ante litteras ⲙ, ⲡ, ⲟ, ϣ. Thebani vero et Basmurici in adhibendo ⲉⲧ consentiunt cum Memphitis,

nisi quod scribunt etiam ⲛ̄ⲧ potissimum ante praeformantes praeteriti ⲁ, ⲁⲓ, ⲁⲕ, ⲁϥ etc., sic ⲛ̄ⲧⲁϥⲁⲁⲩ T. *quae fecit*, ⲛ̄ⲧⲁⲓⲉⲩⲁⲡⲅⲉⲗⲓⲍⲉ B. *quod nunciavi* I. *Cor.* xv. 1. ⲡⲉⲛ̄ⲧⲁⲓϫⲓⲧϥ B. *quod accepi* ib. 3. Quodsi ⲁ sit radicale scribunt ⲡⲉⲧ, sic ⲡⲉⲧⲁⲛⲁⲕⲣⲓⲛⲓ B. ἀνακρίνοντες I. *Cor.* ix. 3.

ⲉ scribitur ante articulum, ⲉⲡⲁⲣⲭⲱⲛ ⲡⲉ *qui Archon est* — Ante imperfecta ⲉⲡⲉⲣⲉ, ⲉⲛⲁⲩⲕⲱⲧ, ⲉⲛⲉⲥϯ — Ante voces a ⲧ incipientes ⲫⲏⲉϯⲟⲩⲁϣϥ *Luc.* iv. 6, ⲉϯⲛⲁⲧⲁⲙⲟⲕ *Act.* vii. 3 — Ante ϣ, sic ⲉϣⲁⲩⲙⲟⲩⲧⲉ ⲉⲣⲟϥ *quem vocant* — Numquam praefigitur praeteritis, ne vocis potestas turbetur. Nam si perfecto ⲁϥⲙⲉⲓ *amavit* praefigas ⲉ, habebis ⲉⲁϥⲙⲉⲓ, quod notaret etiam ἀγαπήσας, nam ⲉ est nota participii.

Tandem ⲉⲧ format participia atque adiectiva. Ita a ⲙⲟⲥϯ *odio habere*, ϯⲟⲩⲃⲉ *adversari*, ⲟⲩⲁⲃ *mundus esse*, ϣⲙϣⲉ *ministrare*, ϣⲁⲧ *indigere*, fit ⲉⲑⲙⲟⲥϯ *odio habens*, ⲉⲧϯⲟⲩⲃⲉ *adversarius*, ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ *mundus*, ⲉⲧϣ̄ⲙ̄ϣⲉ *minister*, ⲉⲧϣⲁⲧ *indigus*.

ⲉⲧⲉ, ⲉⲧ admittunt articulum definitum, non vero ⲉ; nam fieret ⲡⲉ, ⲧⲉ, ⲛⲉ, quod Thebaice est articulus ὁ, ἡ, τὸ, et in omnibus dialectis est verbum substantivum *esse*. At Memphitae distinguunt inter ⲉⲧ adiectivi, atque ⲉⲧ participii. Primo, utpote nomini, praeponunt articulum ⲡ, ⲧ, ⲛ, sic ⲡⲉⲧϩⲟⲗϫ ὁ γλυκὺς *dulcis*, ⲡⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ὁ ἅγιος, ⲡⲉⲧϣⲉⲙϣⲓ *cultor Hebr.* ix. 9, ⲡⲉⲧϩⲱⲟⲩ ὁ πονηρός, ⲡⲉⲧⲛⲁϣⲧ *durus*. Secundo, seu ⲉⲧ participiali, praeponunt pronomen ⲫⲏ, raro ⲫⲁⲓ, ut sit ⲫⲏ ⲉⲧ *ille qui*, ⲑⲏ ⲉⲧ *illa quae*, ⲛⲏ ⲉⲧ *illi qui*; sic ex ⲥⲱⲧⲉⲙ *audire* fit ⲉⲧⲥⲱⲧⲉⲙ *qui audit* ἀκούων, et ⲫⲏ ⲉⲧⲥⲱⲧⲉⲙ *ille qui audit* ὁ ἀκούων. Thebani vero plerumque adhibent ⲡⲉⲧ, ⲧⲉⲧ, ⲛⲉⲧ, vel ante praeformantes praeteriti ⲡⲉⲛⲧ, ⲧⲉⲛⲧ, ⲛⲉⲛⲧ. Basmurici modo cum Thebanis, modo cum Memphitis faciunt. Sic *Isai.* v. 19. T. ⲡⲉⲧϫⲱ ⲙ̄ⲙⲟⲥ, M.

пн етхш ммос, B. петхш ммас *dicentes*; ib. 23. T. петтмаеіо, M. пн еөмаіо, B. пн еттмаіа *absolventes*; I. *Cor.* xv. 20. T. пептатепкотк, M. пн етатепкот, B. пептатепкат *οἱ κεκοιμημένοι*; *Act.* xix. 4. T. петпнт, M. фн еөпнот *ὁ ἐρχόμενος*.

Quoties vero vox incipit a т, eliditur т pronominis пет, adeoque scribitur пеϯпаϯпі ероq *quem osculatus fuero Matth.* xxvi. 48 pro пет ϯпаϯпі; пететпотωϣт пат pro пет тетп *ea quibus cultum adhibetis Act.* xvii. 23.

Quodsi pronomen *qui* maiori vi inculcandum sit, etiam Thebani scribunt паі ет, et Basmurici пеі ет, vel пн ет. Sic quando pronomen *qui* multum a suo substantivo distat, ex. gr. отсофіа . . . . таі етϩнп *σοφία* . . . *ἡ ἀποκεκρυμμένη* I. *Cor.* ii. 7. пеппа . . . пеі птатетпхітq B. *spiritus* . . . *quem accepistis* I. *Cor.* vi. 19. *Tychicus* . . . пеі птаітатаq B. *quem misi Eph.* vi. 22, vide etiam *Act.* xix. 13. Vel quando contextus universus maxime nititur huic pronomini, пн ꞇε птатхе ϯϯ псимаі пнт B. *iis qui nupserunt ego praecipio eis*, vide *Act.* iii. 13. vii. 45. xiii. 31. xxiii. 21.

Dixi Memphitas raro adhibere demonstrativum proximum фаі ет, өаі ет, паі ет, exempla vide *Act.* iii. 13. vii. 45. xiii. 31. xxiii. 21. *Rom.* xi. 4, ubi in graeco respondet *ὅς* vel *ὅστις qui*. Adnotatu dignus est locus *Amosi* iii. 1. сωтем епаі сахі фаі етаqсахі *audite hoc verbum quod locutus est*, maluissem enim фн ет. Contra Thebani semper scribunt паі ет, numquam, vel perraro, пн ет.

Adeo vero фн ет M., et паі ет T. sunt vocabula disiuncta, ut inter utramque quandoque inseratur pronomen personale; sic фн пөωтеп ететепотаϣq M. *quem vos vultis Malach.* iii. 1. паі апок еϯме ммоq T. *quem ego diligo* III. *Ioh.* 1.

Tandem ет, пет periphrastice usurpantur, et, me

quidem iudice, satis incommode. Sic ⲛ̄ⲑⲟϥ ⲉⲧ ⲉϥϩⲙ̄ ⲡⲟⲩⲟⲉⲓⲛ T. *ipse qui est in luce* pro *ipse est in luce* I. *Ioh.* I. 7. ⲉϣϫⲉ ⲁⲛⲟⲛ ⲡⲉⲧⲛⲁⲱϩ̄ⲥ *si nos* (erimus) *ille qui metet* pro *si nos metemus* I. *Cor.* IX. 11. ⲁϣ ⲙ̄ⲙ̄ⲕⲁϩ ⲡⲉⲧⲛⲁⲧⲁⲕⲟⲓ *quis dolor* (est) *ille qui perdet me?* pro *perdet me Sir.* XI. 24, commode atque evidentius scribi poterat ϥⲛⲁⲧⲁⲕⲟⲓ *perdet me.*

CAPUT XVI.

DE SUBSTANTIVIS QUAE UTUNTUR SUFFIXIS.

Uti canonem generalem constitui substantiva uti praefixis; sunt tamen nonnulla, eaque perpauca, quae adhibent suffixa 1.° quoties in praepositiones evadunt; 2.° quando cum verbis ita componuntur, ut articulum definitum recipere nequeant; 3.° distinctionis gratia, ne duo paria nomina confundantur. Singula recensebo.

1.° ⲁⲣⲏϫ T, ⲁⲩⲣⲏϫ M. *extremum, extremitas, finis,* cum genitivum regit, accipit suffixum in genere et numero cum eodem genitivo consonum, sic ⲁⲩⲣⲏϫϥ ⲙ̄ⲡⲕⲁϩⲓ *extremum terrae*, ⲁⲩⲣⲏϫⲟⲩ ⲛ̄ⲛⲁϫⲁϫⲓ *fines inimicorum meorum*, ⲁⲣⲏϫ̄ⲥ ⲛ̄ⲧⲟⲓⲕⲟⲩⲙⲉⲛⲏ *finis terrae.* Tattamus in Lexico p. 38 citat ⲡⲓⲁⲩⲣⲏϫⲟⲩ, quasi hoc nomen admitteret articulum; scilicet vir cl. nihil plane intellexit.

2.° ⲕⲉⲛ M, ⲕⲟⲩⲛ, ⲕⲟⲩⲟⲩⲛ T. *sinus*, item ⲕⲟⲩⲛ T. M. *pudendum.* Hinc ⲕⲉⲛⲧ *sinus meus*, ⲕⲉⲛⲕ *sinus tuus*, ⲕⲟⲩⲛϥ *sinus eius*, ⲕⲟⲩⲛⲟⲩ M, ⲕⲟⲩⲛⲧⲟⲩ T. *pudendum eorum.*

3.° ⲣⲁⲧ T. M. *pes* semper usurpatur in compositis, quoties enim *pes* solitario substantivo enunciandus est, Copti adhibent vocem ϭⲁⲗⲟϫ.

Composita cum verbis sunt ιαρατ *lavare pedes*, καρατ εβολ *egredi*, σονϩρατ *ligare pedes* etc., in quibus ρατ assumit suffixum personae, cuius sunt pedes, sic αιϣτεμιαρατκ *si non lavero pedes tuos Ioh.* XIII. 8. vide et 10. 14. I. *Tim.* V. 10.

Composita cum particulis, unde existunt praepositiones, sunt ερατ *ad*, ϧαρατ *sub*, ϩαρατ *sub* etc.

4.° ρο T. M. *porta*, *ostium* assumit articulum π, φ *Luc.* XIII. 25. *Ioh.* X. 9. *Act.* III. 2, adeoque praefixa, sic παρο *ostium meum Luc.* XI. 7, πεсρο *portae eius Sir.* XIV. 23.

At ρο *os*, στόμα, ut discernatur a *porta*, neque articulum neque praefixa admittit, sed adhibet suffixa formam ρω induens, hinc ρωκ *os tuum*, ρωϥ *os eius* etc. *Matth.* XIII. 35. *Luc.* I. 64. IV. 22. XI. 54. XIX. 22. Tum, non secus ac αρηϫ, quando regit genitivum assumit suffixum cum genere et numero eiusdem genitivi consonans, sic ρωϥ ὰφϯ *os Dei*, ρωс ὰϯϣωϯ *os putei*, ρωον ὰνιπροφητης *os prophetarum*.

Etiam in compositis adhibet suffixa, sic ex καρο *os ponere*, *silere*, fit ανκαρων *posuimus os nostrum*, *siluimus*, τακαρωι *silebo* etc., vide meum Lexicon p. 62.

Et in compositis cum particulis εροι *mihi*, ερoκ *tibi* etc., paria dic de ϧαρο, ϩαρο, ϩιρο etc., at servat τὸ ο, ut ερоϥ *ei* distinguatur ab ερωϥ *ab ore eius Sir.* LI. 3. Scilicet quando ρο servat suam *oris* potestatem, evadit ρω cum suffixis; quoties ρο est syllaba expletiva, vocalis brevis ο manet. Hinc post verbum ϯπι *osculari*, accusativus *me*, *eum* etc. scribitur ερωι, ερωϥ *Marc.* XIV. 43. 45. *Matth.* XXVI. 48, quasi *os meum*, *os eius*; occurrit tamen ερоϥ *Matth.* XXVI. 49. *Luc.* XXII. 47. Tum in dialecto Sahidica scriptura εροоу *eis* anteferenda est illae ερωον, quae plane Memphitica est atque abnormis.

5.° τοτ T. M. *manus* semper adhibetur in compositis,

numquam solitarie, tunc enim Memphitae utuntur voce ϫⲓϫ, et Thebani ϭⲓϫ.

Composita cum verbis sunt ⲓⲁⲧⲟⲧ *lavare manus*, ϯⲧⲟⲧ *dare manum, adiuvare*, ϣⲉⲡⲧⲟⲧ *salutare*, *desponsare*, ϫⲉⲕⲧⲟⲧ *perficere*, ϩⲓⲧⲟⲧ *aggredi* etc., ubi ⲧⲟⲧ semper assumit suffixum vel agentis, vel patientis actionem; sic ⲁⲕϩⲓⲧⲟⲧⲕ *aggressus es*, ⲁϥϩⲓⲧⲟⲧϥ *aggressus est*, ⲁⲛϩⲓⲧⲟⲧⲉⲛ *aggressi sumus* etc.

Composita cum particulis sunt ⲉⲧⲟⲧ, ⲛ̄ⲧⲟⲧ, ϩⲓⲧⲟⲧ, ϩⲁⲧⲟⲧ etc.

6.° ϩⲏ T. M. *facies* assumit articulum ⲧ, adeoque praefixa, uti ϩⲁ ⲧⲉϥϩⲏ *ad eius faciem, coram eo*, vide meum Lexicon p. 335. Sed quando evadit particula notans accusativum pronominum, induit formam constructam ϩⲏⲧ; et cum suffixis ϩⲏⲧ̄ϥ *eum*, ϩⲏⲧ̄ⲥ *eam*.

7.° ϩⲏⲧ T. *cor, intimum rei, stomachus* articulum admittit atque adeo praefixa, sic ⲡⲉϥϩⲏⲧ *cor eius*, ⲡⲉⲕϩⲏⲧ *cor tuum*, ⲡⲟⲩϩⲏⲧ *cor eorum*.

At in compositis cum verbis, ϯϩⲏⲧ *animadvertere*, ⲕⲱϩⲏⲧ *confidere*, ϣⲛ̄ϩⲏⲧ *misereri*, ⲣ̄ϩⲏⲧ *poenitere*, adhibet suffixum reciprocum personae verbi, quo cum componitur, eiusque forma constructa Thebaice est ϩⲧⲏ, Memphitice ϩⲑⲏ, sic ϯⲛⲁⲕⲁϩⲧⲏⲓ *ponam cor meum, sperabo*, ⲕⲛⲁⲕⲁϩⲧⲏⲕ *sperabis*, ⲁϥϯϩⲑⲏϥ *attendit*, ⲁⲛⲣ̄ϩⲧⲏⲛ *poenituimus*. Idque fit etiamsi ϩⲏⲧ praeponatur verbo, uti ⲁⲣⲉ ϩⲑⲏϥ ϫⲏ ⲉⲣⲟϥ *fuit cor eius collocatum in eo, fiduciam in eo posuit Deut.* xxiv. 15. ⲉⲣⲉ ϩⲑⲏⲛ ϫⲏ ⲉⲣⲟⲛ *in nobis positum est cor nostrum* II. *Cor.* I. 9. Accedit Memphiticum ϫⲉⲙϩⲏⲧ *φρονεῖν*, quod adhibet suffixa; at Thebanum ϭⲙ̄ ⲛ̄ϩⲏⲧ adhibet praefixa, nam ϩⲏⲧ a verbo seiungitur.

ϧⲏⲧ Memphitice *cor* omnino compara cum T. ϩⲏⲧ.

8.° ϩⲣⲁ T. *vox* habet suffixa, ⲁⲩϥⲓ ⲉϩⲣⲁⲩ ⲉⲃⲟⲗ *elevaverunt vocem suam Act.* xiv. 11, vide meum Lexicon p. 359.

ϩⲣⲁ T. M. *facies* item habet suffixa; hinc ⲉϩⲣⲁⲓ *coram me*, ⲉϩⲣⲁⲕ *coram te*, ⲛⲁϩⲣⲁϥ *apud eum*, ⲛⲁϩⲣⲁⲥ *apud eam*. Et cum verbo ϫⲓ *accipere* compositum, ϫⲓϩⲣⲁ assumit suffixum reciprocum personae, ⲉⲧⲣⲉⲩϫⲓϩⲣⲁⲩ *ut attendant*.

9.° ϫⲱ T. M. *caput* semper usurpatur in compositis; quoties enim solitaria voce *caput* indicandum est, Copti Memphitice adhibent ⲁⲫⲉ, Thebaice ⲁⲡⲉ. Praecipua composita cum verbis sunt ⲣⲉⲕϫⲱ *inclinare caput*, ϩⲉⲃⲥϫⲱ *velare caput*, ϧⲉⲕϫⲱ *radere caput*, ϣⲉⲛϫⲱ *tondere caput*, ϭⲛⲉϫⲱ *submittere caput* etc., in quibus ϫⲱ adsciscit suffixum reciprocum personae verbi, uti ⲁϥⲣⲉⲕϫⲱϥ *inclinavit caput suum*; idque etiamsi ϫⲱ praeponatur verbo, sic ⲑⲏⲉⲧⲉ ϫⲱⲥ ϧⲟⲕϩ *cuius caput est rasum* I. *Cor*. XI. 5, ⲉⲣⲉ ϫⲱϥ ϩⲱⲃⲥ *est caput eius velatum* I. *Cor*. XI. 4.

ϧⲁϫⲱ, ϩⲓϫⲱ, ⲉϫⲱ etc. sunt formae constructae praepositionum ϧⲁϫⲉⲛ, ϩⲓϫⲛ̅, ⲉϫⲛ̅, adeoque in his ϫⲱ assumit suffixa.

CAPUT XVII.

DE ADIECTIVIS QUAE UTUNTUR SUFFIXIS.

Sunt nonnulla adiectiva, quorum genus ac numerus indicatur ope suffixorum. Praecipua sunt quae ab initio composita cum particulis indeclinalibus respuúnt articulum. Ex particula ⲛⲁ *valde*, de qua dixi in § *de Compositis cum particulis*, quinque oriuntur adiectiva.

1.° ⲛⲁⲁϥ ὁ σφόδρα, vel πάνυ, *magnus*, *praestans*, ⲛⲁⲁⲥ *magna*; ac, praepositis ⲉ, ⲉⲧ *qui*, ⲉⲛⲁⲁϥ, vel ⲉⲑⲛⲁⲁϥ *magnus*, ⲉⲑⲛⲁⲁⲩ *magni*.

2.° ⲡⲁϣⲉ *multus*, coalescit ex ⲡⲁ *valde*, et ⲁϣⲁⲓ, ⲁϣⲏ, ⲁϣⲉ *multitudo*; hinc ⲡⲁϣⲱϥ *multus*, ⲡⲁϣⲱⲥ *multa*; tum, praepositis ⲉ, ⲉⲧ *qui*, ⲉⲡⲁϣⲱⲟⲩ, vel ⲉⲧⲡⲁϣⲱⲟⲩ *multi*.

3.° ⲡⲁⲛⲉ *bonus*, componitur ex ⲡⲁ *valde*, et ⲁⲛⲁⲓ *bonitas*; hinc ⲡⲁⲛⲉϥ *bonus*, ⲡⲁⲛⲉⲩ *boni*, *bonae*; et, praemissis ⲉ, ⲉⲧ *qui*, ⲉⲡⲁⲛⲉⲥ, ⲉⲑⲡⲁⲛⲉⲥ *bona*.

4.° ⲡⲁⲓⲁⲧ, vel ⲡⲁⲉⲓⲁⲧ *beatus*, conflatum ex ⲡⲁ *valde*, atque ⲓⲁⲧ, vel ⲉⲓⲁⲧ, vel ⲁⲓⲁⲧ ignotae significationis; hinc ⲡⲁⲓⲁⲧⲕ *beatus tu*, ⲡⲁⲉⲓⲁⲧϥ *beatus ille*.

5.° ⲡⲉⲥⲉ *pulcher*, compositum ex particula ⲡⲉ eiusdem fortasse significationis ac ⲡⲁ, et ⲥⲁ *pulchritudo*; hinc ⲡⲉⲥⲱϥ *pulcher*; tum, praepositis ⲉ, ⲉⲧ *qui*, ⲉⲡⲉⲥⲱⲥ, ⲉⲧⲡⲉⲥⲱⲥ *pulchra*.

Hisce accedunt

6.° ⲟⲩⲁ T. *unus*, qui suffixa assumens notat *solus*; hinc ⲡⲁϥ ⲟⲩⲁⲁϥ *ei soli*.

7.° ⲙⲁⲩⲁⲧ *solus* coalescens ex ⲙⲁ *omnino*, et ⲟⲩⲱⲧ, ⲟⲩⲁⲧ *unus*; hinc ⲙⲁⲩⲁⲧϥ *solus*, ⲙⲁⲩⲁⲧⲥ *sola*, et Thebaice cum ⲁ duplici ⲙⲁⲩⲁⲁⲛ *soli nos*, ⲙⲁⲩⲁⲁⲕ *solus tu*.

8.° ⲧⲏⲣ *omnis*; hinc ⲧⲏⲣ̅ⲕ *totus tu*, ⲧⲏⲣ̅ϥ *omnis* m., ⲧⲏⲣⲟⲩ *omnes*. Quod factum coniicio, ut distingueretur a ⲧⲏⲣ apud veteres Aegyptios *Deus*.

CAPUT XVIII.

DE PRAEPOSITIONIBUS.

Casus pronominum exponens nonnulla attigi de praepositionibus; sed praestat eas simul omnes illustrare. Praepositiones suffixa assumturae aliquam patiuntur formae mutationem.

1.° Nonnullae adsciscunt nomina ⲣⲁⲧ *pes*, ⲣⲟ *os*, ⲧⲟⲟⲧ T, ⲧⲟⲧ M. *manus*, ϩⲏⲧ T, ϧⲏⲧ M. *facies*. Praecipuae sunt

Forma absoluta	Forma constructa
ⲉ nota dat., acc., *in*, *ab* etc.	ⲉⲣⲁⲧ, ⲉⲣⲟ, ⲉⲧⲟⲟⲧ T, ⲉⲧⲟⲧ M.
ⲉⲃⲟⲗϩⲁ *ab*, *ex*	ⲉⲃⲟⲗϩⲁⲣⲟ
ⲉⲃⲟⲗϩⲓⲧⲛ̄ *per*, *ab*	ⲉⲃⲟⲗϩⲓⲧⲟⲟⲧ T, ⲉⲃⲟⲗϩⲓⲧⲟⲧ M.
ⲉϩⲟⲧⲉ *plusquam*, *prae*	ϩⲟⲧⲉⲣⲟ
ⲛ nota dat., acc., *in*, *ab* etc.	ⲛ̄ϩⲏⲧ T, ⲛ̀ϧⲏⲧ M. ⲛ̄ⲧⲟⲟⲧ T, ⲛ̀ⲧⲟⲧ M. ⲙ̄ⲙⲟ
ⲛ̄ⲧⲛ̄ T, ⲛ̀ⲧⲉⲛ M. *ab*	ⲛ̄ⲧⲟⲟⲧ T, ⲛ̀ⲧⲟⲧ M.
ϣⲁ *ad*, *usque ad*	ϣⲁⲣⲟ — B. ϣⲁⲗⲁ
ϧⲁ M. *sub*, *contra*	ϧⲁⲣⲟ, ϧⲁⲣⲁⲧ, ϧⲁⲧⲟⲧ
ϩⲁ, *sub*, *ad*, *pro*	ϩⲁⲣⲟ, ϩⲁⲣⲁⲧ
ϩⲁⲧⲛ̄ T. *apud*, *iuxta*	ϩⲁⲧⲟⲟⲧ, ϩⲁⲧⲏ
ϩⲓⲧⲛ̄ T, ϩⲓⲧⲉⲛ M. *per*, *ab*	ϩⲓⲧⲟⲟⲧ T, ϩⲓⲧⲟⲧ M.

Suffixa cum ⲣⲟ, ⲧⲟⲟⲧ, et ϩⲏⲧ supra exposui, superest ut dicam de nomine ⲣⲁⲧ T. M, ⲗⲉⲧ B. *pes*. En eius suffixa:

		Theb.	Mem.	Basm.
Pers. 1		ⲉⲣⲁⲧ	ⲉⲣⲁⲧ	ⲉⲗⲉⲧ *ad me*
2	m.	ⲉⲣⲁⲧⲕ	ⲉⲣⲁⲧⲕ	ⲉⲗⲉⲧⲕ *ad te* m.
	f.	ⲉⲣⲁⲧⲉ	ⲉⲣⲁϯ	ⲉⲗⲉϯ *ad te* f.
3	m.	ⲉⲣⲁⲧϥ	ⲉⲣⲁⲧϥ	ⲉⲗⲉⲧϥ *ad eum*
	f.	ⲉⲣⲁⲧⲥ	ⲉⲣⲁⲧⲥ	ⲉⲗⲉⲧⲥ *ad eam*
Plur. 1		ⲉⲣⲁⲧⲛ̄	ⲉⲣⲁⲧⲉⲛ	ⲉⲗⲉⲧⲉⲛ *ad nos*
2		ⲉⲣⲁⲧⲧⲏⲩⲧⲛ̄	ⲉⲣⲁⲧⲉⲛⲑⲏⲛⲟⲩ	ⲉⲗⲉⲧⲧⲏⲛⲟⲩ *ad vos*
3		ⲉⲣⲁⲧⲟⲩ	ⲉⲣⲁⲧⲟⲩ	ⲉⲗⲉⲧⲟⲩ *ad eos*

Aliae praepositiones levem tantum patiuntur formae mutationem.

2.° Exeuntes in ⲁ illud mutant in ⲱ. Sic ⲛ̄ⲥⲁ *post*, constructum ⲛ̄ⲥⲱ; hinc ⲛ̄ⲥⲱⲓ — ⲱⲕ — ⲱ — ⲱϥ — ⲱⲥ — ⲱⲛ — ⲱⲧⲛ̄ T, ⲱⲧⲉⲛ et ⲛ̀ⲥⲁⲑⲏⲛⲟⲩ M. *Exod.* XI. 9

— ⲛ̀ⲥⲱⲟⲩ. Idem dic de eius composito ⲙ̄ⲛ̄ⲛ̄ⲥⲁ T. B, ⲙⲉⲛⲉⲛⲥⲁ M. *post.*

3.° Exeuntes in ⲉ illud diversa ratione mutant:

ⲁⲧϭⲛⲉ M. *sine.* Constr. ⲁⲧϭⲛⲟⲩ. Cum suff. ⲁⲧϭⲛⲟⲩⲓ — ⲟⲩⲕ — ⲟⲩϥ — ⲟ̀ⲩⲥ etc.

ⲉⲑⲃⲉ M. *ob.* Constr. ⲉⲑⲃⲏⲧ. Cum suff. ⲉⲑⲃⲏⲧ (pro ⲉⲑⲃⲏⲧⲧ) — ⲏⲧⲕ — ⲏϯ — ⲏⲧϥ — ⲏⲧⲥ — ⲏⲧⲉⲛ — ⲉⲑⲃⲉ ⲑⲏⲛⲟⲩ — ⲉⲑⲃⲏⲧⲟⲩ.

ⲉⲧⲃⲉ T. B. *ob.* Constr. ⲉⲧⲃⲏⲏⲧ. Cum suff. ⲉⲧⲃⲏⲏⲧ (pro ⲏⲏⲧⲧ) — ⲏⲧⲕ — ⲏⲧⲉ — ⲏⲧϥ — ⲏⲧⲥ — ⲏⲧⲛ — ⲉⲧⲃⲉ ⲧⲏⲩⲧⲛ̄ — ⲉⲧⲃⲏⲧⲟⲩ.

ⲟⲩⲃⲉ *contra.* Constr. ⲟⲩⲃⲏ. Cum suff. ⲟⲩⲃⲏⲓ — ⲏⲕ — ⲏ — ⲏϥ — ⲏⲥ — ⲏⲛ — ⲟⲩⲃⲉ ⲧⲏⲩⲧⲛ̄ T, ⲟⲩⲃⲉ ⲑⲏⲛⲟⲩ M. — ⲟⲩⲃⲏⲟⲩ, vel ⲟⲩⲃⲏⲩ.

ⲟⲩⲧⲉ *inter.* Constr. ⲟⲩⲧⲱ. Cum suff. ⲟⲩⲧⲱⲓ — ⲱⲕ — ⲱ — ⲱϥ etc.

4.° Praepositio ϩⲓ *in, super.* Constr. T. ϩⲓⲱ et ϩⲓⲱⲱ, M. ϩⲓⲱⲧ. Hinc Thebaice ϩⲓⲱⲓ — ϩⲓⲱⲱⲕ — ϩⲓⲱⲧⲧⲏⲩⲧⲛ̄ — ϩⲓⲱⲟⲩ; et Memphitice ϩⲓⲱⲧ — ⲧⲕ — ϯ — ⲧϥ — ⲧⲥ — ⲧⲉⲛ — ϩⲓ ⲑⲏⲛⲟⲩ *Luc.* XII. 22 — ϩⲓⲱⲧⲟⲩ.

5.° Praepositio ⲁϩⲣⲟ T, ⲁϧⲟ M. *cur?* non mutatur; hinc ⲁϩⲣⲟⲕ *cur tu?* etc.

6.° Praepositio ϩⲱ *etiam.* Constr. T. ϩⲱⲱ, M. ϩⲱ. Hinc Thebaice ϩⲱⲱⲧ *etiam ego Act.* x. 26 — ϩⲱⲱⲕ etc., vide me in Lexico p. 342.

7.° ⲛ̄ⲙ̄ T, ⲛⲉⲙ M. *cum* ita cum suffixis construitur. Thebaice ⲛ̄ⲙ̄ⲙⲁⲓ *cum me* — ⲛ̄ⲙ̄ⲙⲁⲕ — ⲙⲉ — ⲙⲁϥ — ⲙⲁⲥ — ⲙⲁⲛ — ⲙⲏⲧⲛ̄ — ⲙⲁⲩ. Memphitice ⲛⲉⲙⲏⲓ — ⲙⲁⲕ — ⲙⲉ — ⲙⲁϥ — ⲙⲁⲥ — ⲙⲁⲛ — ⲙⲱⲧⲉⲛ — ⲙⲱⲟⲩ. Basmurica vidi ⲛⲉⲙⲏⲓ *mecum*, ⲛⲉⲙⲏϥ vel — ⲉϥ *cum eo*, ⲛⲉⲙⲏⲥ vel ⲛⲉⲙⲙⲏⲥ *cum ea*, ⲛⲉⲙⲏⲧⲉⲛ *vobiscum*, ⲛⲉⲙⲏⲟⲩ *cum iis.*

Praepositiones in ⲛ exeuntes varias habent formas constructas.

8.° ⲁϫⲛ̄ T. *sine*. Constr. ⲁϫⲛ̄ⲧ, hinc ⲁϫⲛ̄ⲧ *sine me* — ⲧ̄ⲕ — ⲧⲉ — ⲧ̄ϥ etc.

9.° ⲉϩⲣⲉⲛ M. *contra*, *ante*. Constr. ⲉϩⲣⲁ *ad faciem*. Inde ⲉϩⲣⲁⲓ *contra me* — ⲁⲕ — ⲁϥ — ⲁⲥ — ⲁⲛ — ⲉϩⲣⲉⲛ ⲑⲏⲛⲟⲩ *contra vos Deut*. xi. 25 — ⲉϩⲣⲁⲩ. Caveant tirones, ne ⲉϩⲣⲁⲓ *contra me* confundant cum ⲉϩⲣⲁⲓ *sursum*; primum est Memphiticum, alterum Thebanum. Raro Thebaice occurrit haec praepositio, sic ⲉϩⲣⲁⲩ *inter se Matth*. xxvii. 35. In Lexico p. 47 et 359 non bene digessi hanc praepositionem.

10.° ⲛⲁϩⲣⲛ̄ et ⲛ̄ⲛⲁϩⲣⲛ̄ T, ⲛⲁϩⲣⲉⲛ M. *coram*, *apud*, *ad*, consonat cum ⲉϩⲣⲉⲛ. Hinc ⲛⲁϩⲣⲁⲓ *apud me*, ⲛⲁϩⲣⲉ *apud te* f., ⲛⲁϩⲣⲏⲧⲛ̄ T. *apud vos*.

11.° ⲉϫⲛ̄ T. ⲉϫⲉⲛ M. *super*. Constr. ⲉϫⲱ *super caput*. Inde ⲉϫⲱⲓ — ⲱⲕ — ⲱ — ⲱϥ — ⲱⲥ — ⲱⲛ — ⲱⲧⲛ̄ vel ⲉϫⲛ̄ ⲧⲏⲩⲧⲛ̄ T, ⲉϫⲉⲛ ⲑⲏⲛⲟⲩ M — ⲉϫⲱⲟⲩ.

12.° ϧⲁϫⲉⲛ M. *ante*, et ϩⲓϫⲛ̄ T, ϩⲓϫⲉⲛ M. *super*, eorum constructa ϧⲁϫⲱ, ϩⲓϫⲱ consonant cum ⲉϫⲱ praecedenti.

13.° ϧⲁⲧⲉⲛ M. *iuxta*, constructum ϧⲁⲑⲟⲩⲟ affixa sumit uti ⲉⲣⲟ.

14.° ϩⲁⲧⲛ̄ T. *iuxta*, duplicem habet formam constructam, ϩⲁⲧⲟⲟⲧ, et ϩⲁⲧⲏ; haec adsciscit suffixa uti ⲟⲩⲃⲏ.

15.° ϩⲓⲧⲟⲩⲛ T. *iuxta*, constructum ϩⲓⲧⲟⲩⲱ consonat cum ⲟⲩⲧⲱ.

CAPUT XIX.

DE ADVERBIIS.

Adverbia nullam habent peculiarem desinentiam, sed ope Lexici facile discuntur.

Nonnulla tamen formantur ex nominibus, quibus ε vel π praeponitur. Sic ex ⲙⲁ *locus*, et cum articulo indefinito ⲟⲩⲙⲁ, fit ⲉⲩⲙⲁ pro ⲉⲟⲩⲙⲁ *in unum locum, una*. Ab ⲁϩⲟⲩ, et cum articulo ⲡⲁϩⲟⲩ T, ⲫⲁϩⲟⲩ M. *pars posterior*, habes ⲉⲡⲁϩⲟⲩ T, ⲉⲫⲁϩⲟⲩ M. *retro*. Nomen ⲉϥⲗⲏⲟⲩ M. *vanus* notat etiam *frustra*, tunc enim ⲉϥⲗⲏⲟⲩ *frustra* scribitur pro ⲉⲉϥⲗⲏⲟⲩ. Item praeposito π, sic ⲛ̄ⲟⲩϣⲏⲙ *paullulum*, ⲛ̄ϣⲟⲣⲡ̄ *primum*, ⲛ̄ϭⲟⲛ̄ⲥ *vi, violenter*, ⲛ̄ⲧⲉⲓϩⲉ *ad hunc modum, similiter*, ⲛ̄ϫⲓⲟⲩⲉ *clam*, ⲙ̀ⲙⲉⲧϩⲉⲃⲣⲉⲟⲥ M. *hebraice*, ⲙ̀ⲙⲉⲧⲣⲱⲙⲉⲟⲥ M. *romane, latine*.

Adverbia addita verbis horum significationem vario modo temperant, non secus ac graecae praepositiones. Praecipua sunt:

1.° ⲉⲃⲟⲗ T. M. ⲉⲃⲁⲗ B. quod respondet graecis ἀπὸ, ἐκ, et latinis *ab, ex*, uti ϯ *dare*, ϯ ⲉⲃⲟⲗ *vendere*; ⲉⲓ *ire*, ⲉⲓ ⲉⲃⲟⲗ *exire*; ⲉⲛ *ducere*, ⲉⲛ ⲉⲃⲟⲗ *educere*; ⲕⲱ *ponere*, ⲕⲱ ⲉⲃⲟⲗ *dimittere, relaxare*. Quandoque vix auget significationem, uti ⲧ̄ⲥⲧⲟ et ⲧ̄ⲥⲧⲟ ⲉⲃⲟⲗ *reprobare*, ⲟⲩⲱⲛ̄ϩ et saepius ⲟⲩⲱⲛ̄ϩ ⲉⲃⲟⲗ *manifestare, declarare*, ⲡⲉϩ et ⲡⲉϩ ⲉⲃⲟⲗ *excutere, separare*. Compositum cum ⲥⲁ *pars*, ⲥⲁⲃⲟⲗ notat *extra*.

2.° ⲉϧⲣⲏⲓ M. κατὰ, *de, infra*. Sic ⲓ *venire*, ⲓ ⲉϧⲣⲏⲓ *descendere*; ⲛⲏⲟⲩ *venire*, ⲛⲏⲟⲩ ⲉϧⲣⲏⲓ *descendere*; ⲱⲙⲥ *mergi*, ⲱⲙⲥ ⲉϧⲣⲏⲓ *demergi*; ⲭⲱ *ponere*, ⲭⲱ ⲉϧⲣⲏⲓ *deponere, demittere*. Compositum cum ⲥⲁ *pars*, ⲥⲁϧⲣⲏⲓ notat *infra*.

3.° ⲉϩⲟⲩⲛ T. B. ⲉϧⲟⲩⲛ M. εἰς, *in, intus, contra*. Sic ϯ *dare*, ϯ ⲉϩⲟⲩⲛ *introducere*, ϯ ⲉϧⲟⲩⲛ *adversari*; ⲉⲓ *ire*, ⲉⲓ ⲉϩⲟⲩⲛ *ingredi*; ⲉⲛ *ducere*, ⲉⲛ ⲉϩⲟⲩⲛ *introducere*; ⲃⲱⲕ *ire*, ⲃⲱⲕ ⲉϩⲟⲩⲛ *ingredi*; compositum cum ⲥⲁ *pars*, ⲥⲁϧⲟⲩⲛ M. *intra*.

4.° ⲉϩⲣⲁⲓ T. ⲉϩⲣⲏⲓ M. ⲉϩⲗⲏⲓ B. ἀνὰ, εἰς, *sursum, ad*. Sic ⲉⲓ *ire*, ⲉⲓ ⲉϩⲣⲁⲓ *ascendere, venire ad*; ⲉⲛ *du-*

cere, ⲉⲛ ⲉϩⲣⲁⲓ *sursum ducere*, *extrahere*, ⲉⲛ ⲉϩⲣⲏⲓ *offerre*, *adducere ad*; ⲕⲱ *ponere*, ⲕⲱ ⲉϩⲣⲁⲓ *constituere*, *exponere*; ⲛⲟⲩϫⲉ *proiicere*, ⲛⲟⲩϫⲉ ⲉϩⲣⲁⲓ *producere*, *emittere*. Quandoque vix auget significationem, uti ⲟⲩⲱϩ et ⲟⲩⲱϩ ⲉϩⲣⲁⲓ *addere*, ϩⲙⲟⲟⲥ et ϩⲙⲟⲟⲥ ⲉϩⲣⲁⲓ (*Marc.* XIV. 54) *sedere*. Raro Thebanum ⲉϩⲣⲁⲓ notat *deorsum*, ac respondet Memphitico ⲉϧⲣⲏⲓ, uti ⲕⲱ ⲉϩⲣⲁⲓ *deponere*; ⲧⲁⲟⲩⲟ *proferre*, *producere*, ⲧⲁⲟⲩⲟ ⲉϩⲣⲁⲓ *prostrare*, *prosternere*.

5.° ⲙ̄ⲙⲁⲩ T. M. ⲙ̄ⲙⲉⲩ B. a ⲙⲁ *locus* est adverbium notans *locum*. Uti ϥⲓ *sumere*, ϥⲓ ⲙ̄ⲙⲁⲩ *auferre*, *tollere ex loco*; ⲟⲩⲟⲛ *esse*, ⲟⲩⲟⲛ ⲙ̄ⲙⲁⲩ *esse in loco*; saepius abundat.

Adverbia hucusque recensita constructa cum particulis vel praepositionibus evadunt praepositiones, quae regunt nomina, vel etiam suffixa admittunt.

ⲉⲃⲟⲗ compositum cum ϩⲛ̄ T, ϧⲉⲛ M. evadit praepositio, ⲉⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲟⲩⲡ̄ⲛ̄ⲁ *a spiritu*; tum ⲉⲃⲟⲗϩⲁ, ⲉⲃⲟⲗϩⲓ, ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̄ϩⲏⲧ T, ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ϧⲏⲧ M, ⲉⲃⲟⲗϩⲓⲧⲛ̄, ⲉⲃⲟⲗϩⲓϫⲛ̄, ⲉⲃⲟⲗ ⲟⲩⲧⲉ admittunt suffixa, non secus ac componentia ϩⲁ, ϩⲓ, ⲛ̄ϩⲏⲧ etc., atque inde oriuntur diversae significationes praepositionum *ab*, *ex* varie temperatae, vide meum Lexicon p. 22.

ⲉϧⲣⲏⲓ et ⲛ̀ϧⲣⲏⲓ M. coalescunt cum praepositionibus ⲉ, ϧⲉⲛ, ⲛ̀ϧⲏⲧ.

Paria dic de ⲉϩⲟⲩⲛ, ⲉϩⲣⲁⲓ, aliisque, uti in Lexico videre licet.

Tandem adverbia, non secus ac praepositiones, admittunt utrumque articulum, et particulas ⲉϥ, ⲉⲥ, ⲉⲩ, ⲉⲧ, quibus formantur adiectiva, ita ut vera nomina evadant. Sic ex ⲉⲃⲟⲗϩⲛ̄ *ab*, *ex* fit ⲡⲉⲃⲟⲗϩⲛ̄ ὁ ἐκ *oriundus ex*, et M. ⲡⲓⲉⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲫ︦ⲧ︦ *qui ex Deo est* I. *Cor.* II. 12. *necessitas* ⲉⲥϩⲓϫⲱⲟⲩ *quae est supra ipsos* Z. 249. ⲉⲧⲛ̄ⲙ̄ⲙⲁⲕ *qui tecum sunt*, *sodales tui Sir.* XXXVII. 2. Ab

ϩιτοτωκ *prope te* fit πετϩιτοτωκ *proximus tuus*; ab ϩιϩοτn *intus* habes ετϩιϩοτn *interior*.

§ 1. *De* n *Negativa*.

Negatio afficit vel verbum, vel nomen, aliasve orationis partes. Negatio verbo coniuncta peculiares induit formas in quibusdam temporibus, quas exponam verbum illustrans. Sed cum nominibus, pronominibus, adverbiis, nec non aliquibus verbi temporibus vulgatissima negatio est n̄ . . . ⲁn; praepositio n̄ praefigitur vocabulo quod negamus, illud vero sequitur particula T. M. ⲁn, B. εn. Sic n̄ⲁnⲁκ εn B. *non ego*, n̄ϯοτεϣοτ εn B, n̄ϯοτⲁϣοτ ⲁn M. *non iis delector*. Praefixum n mutatur in ⲙ semper ante n, et plerumque ante ⲃ, ⲙ, ⲫ, uti ⲙ̄πεϥϣⲫηρ ⲁn *non socius suus*. Thebaice et Basmurice raro scribitur εn pro n̄, uti εnϯεⲙπϣⲁ ⲁn T. *non sum dignus*.

Praemissa n̄ potest omitti, sic ⲁnοκ ⲁn *non ego* I. *Cor*. VII. 10. εϣϫε ⲁn̄ οτⲁποςτολος ⲁn T. *si non sum apostolus* I. *Cor*. IX. 2, ubi Memphiticus n̄ⲁποςτολος ⲁn, et Basmuricus n̄ⲁnⲁκ οτⲁποςτολος εn. Semper vero omittitur ante praepositiones et coniunctiones, uti κεκⲁς ⲁn T. ϫεκεεο εn B. *non ut Hebr*. IX. 25. ϩn̄ οττⲃⲃο ⲁn T, ϧεn οττοτⲃο ⲁn M, ϩn̄ οττεⲃⲁ εn B. *non in sinceritate Phil*. I. 17. ⲙ̄ⲙⲁτε ⲁn T, ⲙ̄ⲙεϯ ⲁn B. *non solum Thess*. I. 8.

Tandem quoties adest verbum πε, τε, nε *est, sunt*, particula ⲁn ipsi praeponitur; scilicet negatio non afficit existentiam, sed attributum praepositionis. Sic οτςnοϥ ⲙ̄πωϥ ⲁn πε T, οτςnοϥ ⲙ̄ⲫωϥ ⲁn πε M, οτςnⲁϥ εⲙπωϥ εn πε B. *sanguis non suus est Hebr*. IX. 25. n̄τⲁⲁnοⲙιⲁ ⲁn τε T. *non iniquitas mea est Z*. 211. n̄τωι ⲁn τε *non mea est Ioh*. VII. 16.

Perraro omittitur ⲁⲛ, ac negatio a sola praefixa ⲛ indicatur, cuius improbandae scripturae exempla afferam illustrans verbum negans.

§ 2. *De Coniunctione* ⲍⲉ.

Peculiari etiam illustratione digna est coniunctio ⲍⲉ, quam recte comparaveris cum *quod* scholasticae latinitatis. Quoties verbum regit integram propositionem tamquam casum obliquum, toties propositioni praemittitur ⲍⲉ. Sic *video* ⲍⲉ (*quod*) *tu propheta es Ioh.* IV. 19. *scimus* ⲍⲉ (*quod*) *hic est salvator mundi Ioh.* IV. 42, et sic millies.

Adhibetur etiam quando nos abstineremus a barbarico *quod.* Sic *nesciebant* ⲍⲉ *propter quid congregati essent Act.* XIX. 32. *nescis* ⲍⲉ *unde veniat Ioh.* III. 8. *constitue mihi* ⲍⲉ *quando orem pro te Exod.* VIII. 9. *quaerebant* ⲍⲉ *quomodo eum perderent Marc.* XI. 18. *videte igitur* ⲍⲉ *qua ratione audiveritis Luc.* VIII. 18. *videns* ⲍⲉ *quomodo eligebant primos accubitus Luc.* XIV. 7. *narravit* ⲍⲉ *quomodo viderit Dominum Act.* IX. 27. Propositiones enim, quae coniunctionem ⲍⲉ consequuntur, sunt germani accusativi verborum *nesciebant, nescis, constitue, quaerebant, videte, videns, narravit.*

Si accusativo verbi activi, vel casui cuicumque, accedat propositio tamquam casus, ut aiunt, appositionis, necessario particula ⲍⲉ praeponitur propositioni. Sic *volens videre Iesum* ⲍⲉ *quis esset Luc.* XIX. 3. *mirabantur propter ea* ⲍⲉ *quid haec res sit Act.* V. 24.

Cum verba *dicendi, interrogandi*, et similia, quae orationem directam vel indirectam referunt, regant integras propositiones, coniunctio ⲍⲉ necessario locum habet. Sic *dico vobis* ⲍⲉ (*quod*) *sumet vindictam Luc.*

xviii. 8, et sexcenties in oratione indirecta, ubi horrida latinitas adhiberet *quod*. In oratione vero directa: *dixit* ϫⲉ *aspice in nos* *Act.* iii. 4. *interrogabant eos* ϫⲉ *in quo nomine fecistis hoc? Act.* iv. 7. *interrogabat* ϫⲉ *quid est hoc? Luc.* xviii. 36. *clamabat* ϫⲉ *fili David miserere mei Luc.* xviii. 39, et millies.

Praeterea post verba *appellandi*, *vocandi*, *interpretandi* τὸ ϫⲉ regit propositionem a verbis praedictis pendentem. Sic *cur dicis me* ϫⲉ *bonus? Luc.* xviii. 19. *Barsabas, quod interpretantur* ϫⲉ *filius consolationis Act.* iv. 36. *Iesus, quem vocant* ϫⲉ *Christus Matth.* i. 16. *porta quam appellant* ϫⲉ *speciosam Act.* iii. 2.

Tandem post praepositiones, quae tamquam casum obliquum regunt integram propositionem, adhibetur coniunctio ϫⲉ. Sic ⲉⲑⲃⲉ *propter*, ⲉⲑⲃⲉ ϫⲉ *propterea quod*; ⲉⲃⲏⲗ *nisi*, ⲉⲃⲏⲗ ϫⲉ *nisi quod*; ⲉⲫⲙⲁ *loco, vice, pro*, ⲉⲫⲙⲁ ϫⲉ *pro eo quod*, *propterea quod* etc.

Vis particulae ϫⲉ in eo posita est, ut integras propositiones coniungat cum vocabulo praecedenti, a quo illae pendent tamquam casus obliqui. Alias significationes τοῦ ϫⲉ vide in meo Lexico p. 377.

Superest, ut moneam hanc particulam ortam esse a ϫⲉ *dicere*; revera saepe verti potest *dicens*, vel gallice *c'est-à-dire*, *nempe*, *scilicet*.

CAPUT XX.

DE VERBIS.

Quemadmodum vidimus logica nominum accidentia designari a particulis, ita tempora et personae verbi denotantur ope syllabarum, quae praefiguntur verbo seu radici, quae immutabilis atque eadem permanet in universa coniugatione, si tamen excipias participia nonnullorum verborum. Syllabae, quae praefiguntur, coalescunt 1.° ex characteristica temporis, quae tempus designat, 2.° ex affixo pronominis, quod personas notat.

Affixa personarum generatim sunt:

			Singulare	*Plurale*
Pers.	1.		ı	ⲛ
	2	m.	ⲕ	ⲧⲉⲛ
		f.	ⲉ	
	3	m.	ϥ	ⲩ.
		f.	ⲥ	

quae quisque videt ex pronominibus personalibus esse derivata. Exceptiones facilius pro re nata declarabuntur.

Characteristicas notas temporum illustrabo in adnotationibus ad singula tempora.

Interea exponere iuvat universum conspectum syllabarum praefixarum verbi, quibus semel positis, omnia verba coniugantur. Nam, datis radicibus ex. gr. ⲙⲉ *amare*, ⲛⲉϫ *proiicere*, ⲟⲩⲱϩ *addere*, eas coniugabis, si subiungas praefixis sine ulla crasi aut aphaeresi; quare in primis vocibus praesentis habebis ϯⲙⲉ, ϯⲛⲉϫ, ϯⲟⲩⲱϩ — ⲕⲙⲉ, ⲕⲛⲉϫ, ⲕⲟⲩⲱϩ — ⲧⲉⲙⲉ, ⲧⲉⲛⲉϫ, ⲧⲉⲟⲩⲱϩ etc.

Paradigma Praefixorum Verbi,
seu Characteristicae Temporum et Personarum.

I. *Praesens.*

			Thebaice	Memphitice	
Pers.	1		ϯ	ϯ	*sum*
	2	m.	ⲕ	ⲕ, ϫ	
		f.	ⲧⲉ	ⲧⲉ	
	3	m.	ϥ	ϥ	
		f.	ⲥ	ⲥ	
Plur.	1		ⲧⲛ̄, ⲧⲉⲛ	ⲧⲉⲛ	
	2		ⲧⲉⲧⲛ̄, ⲧⲉⲧⲉⲛ	ⲧⲉⲧⲉⲛ	
	3		ⲥⲉ	ⲥⲉ	

Basmurici cum Memphitis consentiunt, excepto ϫ.

II. *Praesens, et Participium Praesentis.*

			Thebaice	Memphitice	
Pers.	1		ⲉⲓ	ⲉⲓ	*sum*, ὤν
	2	m.	ⲉⲕ	ⲉⲕ	
		f.	ⲉⲣⲉ	ⲉⲣⲉ	
	3	m.	ⲉϥ } ⲉⲣⲉ	ⲉϥ } ⲉⲣⲉ	
		f.	ⲉⲥ } ⲉⲣⲉ	ⲉⲥ } ⲉⲣⲉ	
Plur.	1		ⲛ̄, ⲉⲛ	ⲉⲛ	
	2		ⲉⲧⲉⲧⲛ̄	ⲉⲧⲉⲧⲉⲛ	
	3		ⲉⲩ, ⲟⲩ; ⲉⲣⲉ	ⲉⲩ, ⲟⲩ; ⲉⲣⲉ.	

Basmurici cum Memphitis consentiunt, nisi quod pro ⲉⲣⲉ scribunt ⲉⲗⲉ, vel ⲉⲗ.

III. *Imperfectum.*

			Thebaice	Memphitice	
Pers.	1		ⲛⲉⲓ ⲡⲉ	ⲛⲁⲓ ⲡⲉ	*eram*
	2	m.	ⲛⲉⲕ ⲡⲉ	ⲛⲁⲕ ⲡⲉ	
		f.	ⲛⲉⲣⲉ ⲡⲉ	ⲛⲁⲣⲉ ⲡⲉ	

		Thebaice		Memphitice	
3	m.	ⲛⲉϥ ⲡⲉ	ⲛⲉⲣⲉ ⲡⲉ	ⲛⲁϥ ⲡⲉ	ⲛⲁⲣⲉ ⲡⲉ
	f.	ⲛⲉⲥ ⲡⲉ		ⲛⲁⲥ ⲡⲉ	
Plur. 1		ⲛⲉⲛ ⲡⲉ		ⲛⲁⲛ ⲡⲉ	
2		ⲛⲉⲧⲉⲧⲛ̄ ⲡⲉ		ⲛⲁⲣⲉⲧⲉⲛ ⲡⲉ	
3		ⲛⲉⲩ ⲡⲉ, ⲛⲉⲣⲉ ⲡⲉ		ⲛⲁⲩ ⲡⲉ, ⲛⲁⲣⲉ ⲡⲉ.	

Raro omittitur ⲡⲉ.

Basmurici cum Memphitis consentiunt.

IV. *Perfectum Primum.*

Pers. 1		ⲁⲓ		ⲁⲓ		*fui*
2	m.	ⲁⲕ		ⲁⲕ		
	f.	ⲁⲣⲉ		ⲁⲣⲉ		
3	m.	ⲁϥ	ⲁ	ⲁϥ	ⲁ	
	f.	ⲁⲥ		ⲁⲥ		
Plur. 1		ⲁⲛ		ⲁⲛ		
2		ⲁⲧⲉⲧⲛ̄		ⲁⲣⲉⲧⲉⲛ		
3		ⲁⲩ, ⲁ		ⲁⲩ, ⲁ.		

Basmurici cum Thebanis consentiunt; sic ⲁⲧⲉⲧⲛ̄ I. *Thess.* I. 6. II. 8, vel ⲁⲧⲉⲧⲉⲛ *Is.* I. 4. *Eph.* VI. 21.

Participium perfecti est ⲉⲁⲓ, ⲉⲁⲕ, ⲉⲁϥ etc.

V. *Praesens Indefinitum, seu Consuetudinis.*

Pers. 1		ϣⲁⲓ		ϣⲁⲓ		*soleo esse, sum*
2	m.	ϣⲁⲕ		ϣⲁⲕ		
	f.	ϣⲁⲣⲉ		ϣⲁⲣⲉ		
3	m.	ϣⲁϥ	ϣⲁⲣⲉ	ϣⲁϥ	ϣⲁⲣⲉ	
	f.	ϣⲁⲥ		ϣⲁⲥ		
Plur. 1		ϣⲁⲛ		ϣⲁⲛ		
2		ϣⲁⲧⲉⲧⲛ̄		ϣⲁⲣⲉⲧⲉⲛ		
3		ϣⲁⲩ, ϣⲁⲣⲉ		ϣⲁⲩ, ϣⲁⲣⲉ		

Basmurici cum Thebanis consentiunt, sed pro ϣⲁⲣⲉ scribunt etiam ϣⲁⲗⲉ.

VI. *Imperfectum Indefinitum, seu Consuetudinis.*

		Thebaice		Memphitice		
Pers. 1		ⲡⲉϣⲁⲓ		ⲡⲉϣⲁⲓ		*solebam esse,*
2	m.	ⲡⲉϣⲁⲕ		ⲡⲉϣⲁⲕ		*eram*
	f.	ⲡⲉϣⲁⲣⲉ		ⲡⲉϣⲁⲣⲉ		
3	m.	ⲡⲉϣⲁϥ	ⲡⲉϣⲁⲣⲉ	ⲡⲉϣⲁϥ	ⲡⲉϣⲁⲣⲉ	
	f.	ⲡⲉϣⲁⲥ		ⲡⲉϣⲁⲥ		
Plur. 1		ⲡⲉϣⲁⲛ		ⲡⲉϣⲁⲛ		
2		ⲡⲉϣⲁⲧⲉⲧⲛ̄		ⲡⲉϣⲁⲣⲉⲧⲉⲛ		
3		ⲡⲉϣⲁⲩ, ⲡⲉϣⲁⲣⲉ		ⲡⲉϣⲁⲩ, ⲡⲉϣⲁⲣⲉ.		

Quandoque additur ⲡⲉ, uti in imperfecto.

VII. *Perfectum Secundum.*

Pers. 1		ⲛ̄ⲧⲁⲓ		ⲉⲧⲁⲓ		*fui*
2	m.	ⲛ̄ⲧⲁⲕ		ⲉⲧⲁⲕ		
	f.	ⲛ̄ⲧⲁⲣ		ⲉⲧⲁⲣⲉ		
3	m.	ⲛ̄ⲧⲁϥ	ⲛ̄ⲧⲁ	ⲉⲧⲁϥ	ⲉⲧⲁ	
	f.	ⲛ̄ⲧⲁⲥ		ⲉⲧⲁⲥ		
Plur. 1		ⲛ̄ⲧⲁⲛ		ⲉⲧⲁⲛ		
2		ⲛ̄ⲧⲁⲧⲉⲧⲛ̄		ⲉⲧⲁⲣⲉⲧⲉⲛ		
3		ⲛ̄ⲧⲁⲩ, ⲛ̄ⲧⲁ		ⲉⲧⲁⲩ, ⲉⲧⲁ.		

Basmurici cum utrisque consentiunt.

VIII. *Plusquam Perfectum.*

Pers. 1		ⲛⲉ ⲁⲓ		ⲛⲉ ⲁⲓ		*fueram*
2	m.	ⲛⲉ ⲁⲕ		ⲛⲉ ⲁⲕ		
	f.	ⲛⲉ ⲁⲣⲉ		ⲛⲉ ⲁⲣⲉ		
3	m.	ⲛⲉ ⲁϥ	ⲛⲉ ⲁ	ⲛⲉ ⲁϥ	ⲛⲉ ⲁ	
	f.	ⲛⲉ ⲁⲥ		ⲛⲉ ⲁⲥ		
Plur. 1		ⲛⲉ ⲁⲛ		ⲛⲉ ⲁⲛ		
2		ⲛⲉ ⲁⲧⲉⲧⲛ̄		ⲛⲉ ⲁⲣⲉⲧⲉⲛ		
3		ⲛⲉ ⲁⲩ, ⲛⲉ ⲁ		ⲛⲉ ⲁⲩ, ⲛⲉ ⲁ.		

Saepe additur ⲡⲉ.

IX. *Futurum Primum.*

		Thebaice	Memphitice	
Pers. 1		ϯⲛⲁ	ϯⲛⲁ	*ero*
2	m.	ⲕⲛⲁ	ϫⲛⲁ	
	f.	ⲧⲉⲛⲁ	ⲧⲉⲛⲁ	
3	m.	ϥⲛⲁ	ϥⲛⲁ	
	f.	ⲥⲛⲁ	ⲥⲛⲁ	
Plur. 1		ⲧⲉⲛⲛⲁ, ⲧⲉⲛⲁ	ⲧⲉⲛⲛⲁ	
2		ⲧⲉⲧⲛ̄ⲛⲁ, ⲧⲉⲧⲛ̄ⲛⲁ	ⲧⲉⲧⲉⲛⲛⲁ	
3		ⲥⲉⲛⲁ	ⲥⲉⲛⲁ	

Basmurici cum Thebanis consentiunt, nisi quod pro ⲛⲁ scribunt etiam ⲛⲉ; hinc dicunt ϯⲛⲁ et ϯⲛⲉ, ⲕⲛⲁ et ⲕⲛⲉ etc.

X. *Futurum Secundum, et Participium Futuri.*

Pers. 1		ⲉⲓⲛⲁ	ⲉⲓⲛⲁ	ⲁⲓⲛⲁ	*ero,*
2	m.	ⲉⲕⲛⲁ	ⲉⲕⲛⲁ	ⲁⲕⲛⲁ	*futurus*
	f.	ⲉⲣⲉⲛⲁ	ⲉⲣⲉⲛⲁ	ⲁⲣⲉⲛⲁ	
3	m.	ⲉϥⲛⲁ } ⲉⲣⲉ..ⲛⲁ	ⲉϥⲛⲁ } ⲉⲣⲉ..ⲛⲁ	ⲁϥⲛⲁ } ⲁⲣⲉ..ⲛⲁ	
	f.	ⲉⲥⲛⲁ	ⲉⲥⲛⲁ	ⲁⲥⲛⲁ	
Plur. 1		ⲛ̄ⲛⲁ, ⲉⲛⲛⲁ	ⲉⲛⲛⲁ	ⲁⲛⲛⲁ	
2		ⲉⲧⲉⲧⲛ̄ⲛⲁ, ⲉⲧⲉⲧⲛ̄ⲛⲁ	ⲉⲣⲉⲧⲉⲛⲛⲁ	ⲁⲣⲉⲧⲉⲛⲛⲁ	
3		ⲉⲩⲛⲁ, ⲟⲩⲛⲁ	ⲉⲩⲛⲁ ⲟⲩⲛⲁ	ⲁⲩⲛⲁ.	

Basmurici, qui etiam ⲛⲉ scribunt, cum Memphitis in utraque forma consentiunt.

XI. *Futurum Tertium.*

Pers. 1		ⲉⲓⲉ	ⲉⲓⲉ	*ero, sim*
2	m.	ⲉⲕⲉ	ⲉⲕⲉ	
	f.	ⲉⲣⲉ̀	ⲉⲣⲉ̀	

		Thebaice		Memphitice	
3	m.	ⲉϥⲉ	ⲉⲣⲉ̀	ⲉϥⲉ	ⲉⲣⲉ̀
	f.	ⲉⲥⲉ		ⲉⲥⲉ	
Plur. 1		ⲉⲛⲉ		ⲉⲛⲉ	
2		ⲉⲧⲉⲧⲛ̄ⲛⲉ		ⲉⲣⲉⲧⲉⲛⲉ	
3		ⲉⲩⲉ, ⲉⲣⲉ̀		ⲉⲩⲉ, ⲉⲣⲉ̀.	

Basmurici consentiunt cum Thebanis.

XII. *Futurum Quartum.*

Pers. 1		ⲧⲁ, ⲧⲁⲣⲓ	ⲧⲁ M. et B.	*ero*
2	m.	ⲧⲁⲣⲉⲕ		
	f.	ⲧⲉⲣⲁ	ⲧⲉⲣⲁ	
3	m.	ⲧⲁⲣⲉϥ		
	f.	ⲧⲁⲣⲉⲥ		
Plur. 1		ⲧⲁⲣⲛ̄		
2		ⲧⲁⲣⲉⲧⲛ̄	ⲧⲁⲗⲉⲧⲉⲛ B.	
3		ⲧⲁⲣⲟⲩ.		

XIII. *Imperfectum Futuri.*

Pers. 1		ⲛⲉⲓⲛⲁ		ⲛⲁⲓⲛⲁ		*futurus eram,*
2	m.	ⲛⲉⲕⲛⲁ		ⲛⲁⲕⲛⲁ		*essem, fuissem*
	f.	ⲛⲉⲣⲉⲛⲁ		ⲛⲁⲣⲉⲛⲁ		
3	m.	ⲛⲉϥⲛⲁ	ⲛⲉⲣⲉ..ⲛⲁ	ⲛⲁϥⲛⲁ	ⲛⲁⲣⲉ..ⲛⲁ	
	f.	ⲛⲉⲥⲛⲁ		ⲛⲁⲥⲛⲁ		
Plur. 1		ⲛⲉⲛⲛⲁ		ⲛⲁⲛⲛⲁ		
2		ⲛⲉⲧⲉⲧⲛ̄ⲛⲁ		ⲛⲁⲣⲉⲧⲉⲛⲛⲁ		
3		ⲛⲉⲩⲛⲁ, ⲛⲉⲣⲉ..ⲛⲁ		ⲛⲁⲩⲛⲁ, ⲛⲁⲣⲉ..ⲛⲁ.		

Saepe additur ⲛⲉ.

Basmurici cum Memphitis consentiunt, amant tamen ⲛⲉ pro ⲛⲁ.

XIV. *Modus Optativus.*

			Thebaice		Memphitice		
Pers.	1		ⲙⲁⲣⲓ		ⲙⲁⲣⲓ		*sim*
	2	m.	ⲙⲁⲣⲉⲕ		ⲙⲁⲣⲉⲕ		
		f.	ⲙⲁⲣⲉ		ⲙⲁⲣⲉ		
	3	m.	ⲙⲁⲣⲉϥ	ⲙⲁⲣⲉ	ⲙⲁⲣⲉϥ	ⲙⲁⲣⲉ	
		f.	ⲙⲁⲣⲉⲥ		ⲙⲁⲣⲉⲥ		
Plur.	1		ⲙⲁⲣⲛ̄		ⲙⲁⲣⲉⲛ		
	2		ⲙⲁⲣⲉⲧⲛ̄		ⲙⲁⲣⲉⲧⲉⲛ		
	3		ⲙⲁⲣⲟⲩ, ⲙⲁⲣⲉ		ⲙⲁⲣⲟⲩ, ⲙⲁⲣⲉ.		

Basmurici cum Memphitis consentiunt, nisi quod pro ρ saepe scribunt λ, hinc ⲙⲁⲗⲉϥ, ⲙⲁⲗⲉⲥ, ⲙⲁⲗⲉⲛ, ⲙⲁⲗⲟⲩ.

XV. *Tempus Subiunctivum.*

Pers.	1		ⲛ̄ⲧⲁ		ⲛ̀ⲧⲁ		*sum, eram,*
	2	m.	ⲛ̄ⲕ		ⲛ̀ⲧⲉⲕ		*fui, ero, esto,*
		f.	ⲛ̄ⲧⲉ		ⲛ̀ⲧⲉ		*sim, essem*
	3	m.	ⲛ̄ϥ, ⲛⲉϥ	ⲛ̄ⲧⲉ	ⲛ̀ⲧⲉϥ	ⲛ̀ⲧⲉ	
		f.	ⲛ̄ⲥ		ⲛ̀ⲧⲉⲥ		
Plur.	1		ⲛ̄ⲧⲛ̄		ⲛ̀ⲧⲉⲛ		
	2		ⲛ̄ⲧⲉⲧⲛ̄		ⲛ̀ⲧⲉⲧⲉⲛ		
	3		ⲛ̄ⲥⲉ, ⲛ̄ⲧⲉ		ⲛ̀ⲧⲟⲩ, ⲛ̀ⲧⲉ.		

Basmurici cum Thebanis consentiunt.

Tempora Composita cum Particulis, quae notant Tempus.

XVI. *Cum Particula* T. ⲛ̄ⲧⲉⲣⲉ, M. ⲉⲧⲉ quando, cum.

		Thebaice		Memphitice		
Pers. 1		ⲛ̄ⲧⲉⲣⲉⲓ, ⲛ̄ⲧⲉⲣⲓ		ⲉⲧⲁⲓ		*quando fui,*
2	m.	ⲛ̄ⲧⲉⲣⲉⲕ		ⲉⲧⲁⲕ		*cum sim, essem,*
	f.	ⲛ̄ⲧⲉⲣⲉ		ⲉⲧⲁⲣⲉ		*fuissem*
3	m.	ⲛ̄ⲧⲉⲣⲉϥ	ⲛ̄ⲧⲉⲣⲉ	ⲉⲧⲁϥ	ⲉⲧⲁ	
	f.	ⲛ̄ⲧⲉⲣⲉⲥ		ⲉⲧⲁⲥ		
Plur. 1		ⲛ̄ⲧⲉⲣⲛ̄, ⲛ̄ⲧⲉⲣⲉⲛ		ⲉⲧⲁⲛ		
2		ⲛ̄ⲧⲉⲣⲉⲧⲛ̄		ⲉⲧⲁⲣⲉⲧⲉⲛ		
3		ⲛ̄ⲧⲉⲣⲟⲩ, ⲛ̄ⲧⲉⲣⲉ		ⲉⲧⲁⲩ, ⲉⲧⲁ.		

Basmurici cum ⲗ scribunt ⲛ̄ⲧⲉⲗⲉϥ, ⲛ̄ⲧⲉⲗⲉⲛ, ⲛ̄ⲧⲉⲗⲉⲧⲉⲛ, ⲛ̄ⲧⲉⲗⲟⲩ vel ⲛ̄ⲧⲉⲗⲉⲩ.

XVII. *Cum Particula* T. ϣⲁⲛⲧⲉ, M. ϣⲁⲧⲉ donec, quousque.

Pers. 1		ϣⲁⲛⲧⲉⲓ, ϣⲁⲛϯ		ϣⲁϯ		*donec, quousque*
2	m.	ϣⲁⲛⲧ̄ⲕ		ϣⲁⲧⲉⲕ		*fui, sim, essem,*
	f.	ϣⲁⲛⲧⲉ		ϣⲁⲧⲉ		*fuerim*
3	m.	ϣⲁⲛⲧ̄ϥ	ϣⲁⲛⲧⲉ	ϣⲁⲧⲉϥ	ϣⲁⲧⲉ	
	f.	ϣⲁⲛⲧ̄ⲥ		ϣⲁⲧⲉⲥ		
Plur. 1		ϣⲁⲛⲧⲛ̄		ϣⲁⲧⲉⲛ		
2		ϣⲁⲛⲧⲉⲧⲛ̄		ϣⲁⲧⲉⲧⲉⲛ		
3		ϣⲁⲛⲧⲟⲩ, ϣⲁⲛⲧⲉ		ϣⲁⲧⲟⲩ, ⲙⲁⲧⲉ.		

Basmurici cum Thebanis scribunt ϣⲁⲛⲧⲉϥ I. *Cor.* xv. 25.

Tempora Composita cum Particulis Conditionalibus.

XVIII. *Cum Particula* ⲉⲛⲉ si *negante.*

			Thebaice		Memphitice
Pers.	1		ⲉⲛⲉⲓ		ⲉⲛⲁⲓ, ⲉⲛⲉ ⲁⲓ
	2	m.	ⲉⲛⲉⲕ		ⲉⲛⲁⲕ, ⲉⲛⲉ ⲁⲕ
		f.	ⲉⲛⲉⲣⲉ		ⲉⲛⲁⲣⲉ
	3	m.	ⲉⲛⲉϥ	} ⲉⲛⲉⲣⲉ	ⲉⲛⲁϥ, ⲉⲛⲁⲣⲉ
		f.	ⲉⲛⲉⲥ		ⲉⲛⲁⲥ, ⲉⲛⲉ ⲁ
Plur.	1		ⲉⲛⲉⲛ		ⲉⲛⲁⲛ
	2		ⲉⲛⲉⲧⲉⲧⲛ̄		ⲉⲛⲁⲣⲉⲧⲉⲛ
	3		ⲉⲛⲉⲩ, ⲉⲛⲉⲣⲉ		ⲉⲛⲁⲩ, ⲉⲛⲁⲣⲉ.

Quandoque additur ⲡⲉ.

XIX. *Cum Particula* ϣⲁⲛ si *dubitantis et desiderantis.*

Pers.	1		ⲉⲓϣⲁⲛ		ⲁⲓϣⲁⲛ.	
	2	m.	ⲉⲕϣⲁⲛ		ⲁⲕϣⲁⲛ	
		f.	ⲉⲣϣⲁⲛ		ⲁⲣⲉϣⲁⲛ	
	3	m.	ⲉϥϣⲁⲛ	} ⲉⲣϣⲁⲛ	ⲁϥϣⲁⲛ	} ⲁⲣⲉϣⲁⲛ
		f.	ⲉⲥϣⲁⲛ		ⲁⲥϣⲁⲛ	
Plur.	1		ⲉⲛϣⲁⲛ		ⲁⲛϣⲁⲛ	
	2		ⲉⲧⲉⲧⲛ̄ϣⲁⲛ		ⲁⲣⲉⲧⲉⲛϣⲁⲛ	
	3		ⲉⲩϣⲁⲛ, ⲉⲣϣⲁⲛ		ⲁⲩϣⲁⲛ, ⲁⲣⲉϣⲁⲛ.	

Basmurici saepius cum Thebanis, interdum cum Memphitis faciunt.

Imperativus.

Est ipsa radix; vel radici praefigitur ⲁ, aut ⲙⲁ.

Infinitum.

Est ipsa radix. Assumit etiam Thebaice articulum ⲡ, et Memphitice ⲛϫⲓⲛ.

Eius characteristicae sunt

1.° ет *qui* praefixum vel radici unde participium praesens, vel futuro на unde participium futuri.

2.° є praefixum praeformantibus vel praeteriti unde participium praeteriti, vel praesentis consuetudinis unde participium praesentis consuetudinis.

Praeterea tempus II, et X, ab є incipiens, est etiam participium.

Adnotationes ad singula Tempora Verbi.

I. *Tempus Praesens.*

Maxime irregulare est. Si enim personas ϯ, тє, тп, et тєтп consideremus, characteristica praesentis videtur esse т, quod affixis pronominum ı, є, п, тп praeponitur; sin personas к, ϥ, c spectemus, in iis nota temporis desideratur; tandem cє prorsus a ceteris abhorret. Quare hoc tempus uti res facti accipiendum est, neque ad ceterorum analogiam revocari potest.

Memphitice pro к secundae pers. sing. scribitur ϫ ante litteras б, λ, м, п, от, р, sic ϫотωϣ *tu vis.*

Basmurici omnino consonant cum Memphitis, si excipias ϫ secundae personae; nam scribunt кмнр *alligatus es* I. *Cor.* VII. 27.

Characteristicae huius temporis pro praesenti verbi esse usurpantur, sic ϯ пемωтєп M. *sum vobiscum*, тєп мпєıма T. *sumus in hoc loco*, cє ϩıрм про *sunt ad portam*, ϥммат *est ibi*, vide *Matth.* VIII. 3. 7. 11. *Ioh.* XII. 8.

Nota secundae pers. fem. est ερε, at scribitur quandoque ερ ante vocales, sic ερειρε *facis Ming.* 258, εροτεϣ *vis Z.* 338; vidi etiam ερα, uti εραουϫαι *salva facta es Z.* 509; nec non ρ̄, sic ρ̄λοβε *insana es Act.* XII. 5. Basmurici scribunt ελ, uti ελcooυn *scis Z.* 151.

Tertia pers. plur. est ευ, sed post τ scribitur ου, uti ετουμουϯ *quem vocant* pro ετευμουϯ, vide *Matth.* I. 20. V. 18. XXVI. 13. XXVII. 22; id etiam contingit in ceteris temporibus, in quibus tertia pers. plur. ab ευ incipit.

Basmurici cum Thebanis consentiunt, praeter variantes in paradigmate notatas. Sic ελε legitur *Hebr.* IX. 8. *Q.* 238; at ἐρε etiam scribunt *Phil.* I. 9. 26. *Hebr.* X. 22.

Characteristica temporis est ε. Atqui ε est nota participii, sic ε ανοn ϩεnρωμε T. *existentes nos homines Act.* XVI. 37, vide XVII. 29: ε ανοκ ουcϩιμι M. *existens* (οὖσα) *ego femina Ioh.* IV. 9 etc. Merito igitur hoc tempus est participium, hinc ειο ὢν ἐγὼ II. *Cor.* XII. 16; ετετn̄κω εβολ *remittentibus vobis Matth.* VI. 14.

Sed cum etiam in linguis Semiticis participium pro praesenti usurpetur, factum est ut hoc tempus etiam praesens notaret ειο *sum*, ειουωϣ *volo.*

Quandoque ut vis participii luculentior appareat additur novum ε, uti εειϭωϣт *respiciens ego Sir.* LI. 7. εειϣιnε *quaerens ego Sir.* LI. 21.

Praeformantes adhibentur etiam pro verbo *esse*, ει ϩn̄ τετn̄μнтε *sum in medio vestri Luc.* XXII. 27. εκ ϩι τεϩιн *es in via Matth.* V. 25. εκ ϩм̄ πεϣτεκο *existens tu in carcere Matth.* XXV. 39. 43. εϥ ϩραι ϩn̄ ταυλн *existens ille in aula Marc.* XIV. 66.

Tandem in tertia pers. utriusque numeri scribitur ερε, quoties inter hoc et verbum inseritur nominativus verbi.

Constat porro haec particula ex ϵ characteristica temporis, et ⲣϵ paragogico. Sic ⲉⲣⲉ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲟⲩⲱϣ *Deus vult*, ⲉⲣⲉ ϩⲛⲧⲟⲩ ⲙⲉϩ *sunt eorum facies plenae*. Usurpatur etiam pro *est*, vel *sunt*, quin sequatur verbum; ⲉⲣⲉ ⲡⲉⲕⲃⲁⲗ ⲙ̅ⲡⲟⲛⲏⲣⲟⲥ T. *est oculus tuus nequam*, ⲉⲣⲉ ⲡⲓⲙⲁⲛⲛⲁ ⲛ̀ϧⲏⲧϥ M. *est manna in eo*. Raro notat optativum, ⲉⲣⲉ ⲫϯ ϯ *det Deus Gen*. xxvii. 28, vide II. *Tim*. i. 16, ⲉⲣⲉ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲟⲩⲱⲣⲡ *mittat Dominus Deut*. xxviii. 8. Male pro imperfecto scribitur ⲉⲣⲉ ⲡⲉⲭ̅ⲥ̅ ⲉⲛⲉⲣⲅⲉⲓ T. *Christus operabatur Marc*. xvi. 20, ubi recte Memphiticus ⲛⲁⲣⲉ, tum *Ioh*. xviii. 16. ⲉⲣⲉ . . . ⲥⲟⲟⲩⲛ ⲙ̅ⲙⲟϥ *cognoscebat eum*, vide etiam *Ioh*. xix. 41. xx. 19. *Act*. ii. 4. 45.

III. *Imperfectum.*

Characteristica temporis est ⲡⲉ T, ⲛⲁ M. B, hinc ⲛⲉⲓⲟⲩⲱϣ T. ⲛⲁⲓⲟⲩⲱϣ M. B. *volebam*.

Ex characteristica et ⲣϵ paragogico oritur ⲛⲉⲣⲉ T, ⲛⲁⲣⲉ M, et fortasse ⲛⲁⲗⲉ B, quibus Copti utuntur quoties medias inseritur nominativus, uti ⲛⲉⲣⲉ ⲧⲉϥⲁⲓⲧⲓⲁ ⲥⲏϩ *erat causa eius scripta*, ⲛⲁⲣⲉ ⲫϯ ⲟⲩⲱϣ *Deus volebat*.

Praeformantes notant imperfectum verbi *esse*, sic ⲛⲉⲓ *eram Marc*. xiv. 49, ⲛⲉϥ *erat Ioh*. xi. 6, ⲛⲁϥ Basm. *erat* Z. 159, ⲛⲁⲩ *erant Deut*. iv. 47, ⲛⲉⲣⲉ *erat Luc*. xv. 25.

Has vidi improbandas scriptiones; ⲛⲓ pro ⲛⲉⲓ, sic ⲛⲓⲟⲩⲱϣ *volebam* Z. 566 — ⲛ̅ϥ, ⲛ̅ⲛ etc., omisso ϵ, sic ⲛ̅ϥⲟ *erat Ioh*. ix. 13. ⲛ̅ⲛⲉⲓⲣⲉ *eramus Act*. xxvii. 37, male; nam ⲛ̅ϥ, ⲛ̅ⲛ etc. sunt praeformantes subiunctivi, cum quo imperfectum confunderetur — ⲛⲉⲣⲁ pro ⲛⲉⲣⲉ, sic ⲛⲉⲣⲁⲥⲱϣ *tu* (fem.) *contemnebas* Z. 509, ubi Zoëga duo alia affert exempla — ϵ praeformantibus praemissum, uti ⲉⲛⲉⲩⲙⲉⲉⲩⲉ *existimabant Luc*. xxiv. 37, ⲉⲛⲉ-

ϥⲟⲩⲱϣ *volebat* Z. 310. ⲉⲛⲉ ⲛ̄ⲛⲁⲩ ⲡⲉ *hora erat* *Luc.* xxiii. 44, nisi dicas τὸ ⲉ esse participiale.

Hoc tempus saepius comitem habet particulam ⲡⲉ, sic ⲛⲁⲩⲭⲏ ⲛⲉⲙⲁϥ ⲡⲉ M. *erant cum eo* *Luc.* ix. 18, ⲛⲁϥϣⲉⲙϣⲓ ⲡⲉ M. *ministrabat*, ⲛⲁⲣⲉ ⲫⲓⲟⲙ ⲱϣ ⲉⲃⲟⲗ ⲡⲉ M. *mare rugiebat* *Iona* i. 11, ⲡⲉⲧⲉⲧⲛ̄ⲛⲟ ⲡⲉ *eratis*. Scilicet cum Thebaice ⲡⲉⲕϣⲁϫⲉ notare possit *loquebaris*, et *sermones tui*, tum ⲡⲉϥϣⲁϫⲉ, ⲡⲉⲥϣⲁϫⲉ *loquebatur*, ac *sermones eius*, ad haec ⲡⲉⲛϣⲁϫⲉ, ⲡⲉⲩϣⲁϫⲉ *loquebamur* et *sermones nostri*, *loquebantur* et *sermones eorum*, cautum est particula ⲡⲉ, ne imperfectum cum substantivo confunderetur. Thebanos imitati sunt Memphitae et Basmurici, quamvis in eorum dialectis nullum esset confusionis periculum.

IV. *Perfectum.*

Characteristica est ⲁ, hinc ⲁⲓⲟⲩⲱϣ, ⲁⲕⲟⲩⲱϣ T. M. B. *volebam*, *volebas*.

Ex characteristica et paragogico ⲣⲉ oritur ⲁⲣⲉ, quod ita perraro occurrit, ut a paradigmate reiecerim, sic ⲁⲣⲉ ⲛⲉⲧⲉⲛϭⲁⲗⲁⲩϫ ϩⲟⲙⲟⲩ *pedes vestri conculcarunt* Scholz in Gramm. p. 91, aliud exemplum Basmuricum vide I. *Cor.* xv. 35. Quoties enim inter characteristicam et verbum nominativus inseritur, toties scribitur ⲁ, non ⲁⲣⲉ, sic ⲁ ⲙⲱⲩⲥⲏⲥ ϩⲱⲛ *Moses praecepit*, ⲁ ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ϭⲓⲛⲓ *Deus visitavit*, ⲁ ⲁⲃⲣⲁⲁⲙ ϯⲣⲉⲛ *Abraham vocavit*. Quod si post ⲁ sequatur ⲟⲩ, fit crasis ⲁⲩ, uti ⲁⲩⲣⲱⲙⲉ (pro ⲁ ⲟⲩⲣⲱⲙⲉ) ϯⲡⲉϥⲟⲩⲟⲉⲓ T. *homo accessit*, ⲁⲩⲧⲁⲕⲉ ⲡⲁⲓ *fuit perditio haec* pro ⲁ ⲟⲩⲧⲁⲕⲉ.

Pro ⲁⲣⲉ sec. pers. fem. Thebani quandoque scribunt ⲁⲣ, uti ⲁⲣⲧⲟϣⲉ Z. 397, ⲁⲣⲡⲟⲟⲛⲟⲩ Z. 216, ⲁⲣϫⲟⲟⲥ *Ioh.* iv. 17, ⲁⲣϫⲓ ib. 18.

In sec. pers. plur. Thebani et Basmurici scribunt ⲁⲧⲉⲧⲛ̄, quod perraro in Memphiticis textibus occurrit pro ⲁⲣⲉⲧⲉⲛ, vide *Luc.* xxiii. 14.

Memphitae quandoque perperam acervant characteristicam et praeformantes, uti ⲁ ⲧⲁϣⲉⲣⲓ ⲁⲥϧⲱⲛⲧ *filia mea appropinquavit* *Marc.* v. 23, ⲁ ⲡⲥⲁⲧⲁⲛⲁⲥ ⲁϥϣⲉ ⲛⲁϥ ⲉϧⲟⲩⲛ *Satanas ingressus est* *Luc.* xxii. 3.

Quandoque etiam Memphitice, at perraro Sahidice, hoc tempus ponitur pro praesenti, sic ⲁⲓϭⲟϫⲓ *curro* *Gal.* ii. 2, ⲁⲣⲉⲧⲉⲛϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ *dicitis* *Luc.* ix. 20, ⲁϥⲟⲛⲓ ⲙ̀ⲙⲟϥ *similis ei est* *Ioh.* ix. 9.

Praeformantes notant perfectum verbi *esse*, uti ⲁϥ *fuit* *Naum.* i. 3, ⲁⲩ *fuerunt* *Soph.* iii. 3; vel etiam praesens, ⲁϥ *est* *Ioh.* ix. 12, I. *Ioh.* ii. 9, ⲁⲥ *est* fem. *Rom.* xiv. 17.

Paullo supra ad tempus II dixi ⲉ esse characteristicam participii, quare si praeformantibus perfecti praefigas ⲉ habebis participium praeteritum, uti ⲉⲁϥⲁⲣⲭⲉⲓ *ἀρξάμενος* *Act.* viii. 35, ⲉⲁⲛⲙⲟⲩ *mortui nos* I. *Petr.* ii. 24, ⲉⲁⲕⲣ̄ⲡⲙⲉⲉⲩⲉ *μνησθεὶς σὺ* *Sir.* xxxviii. 20, ⲉⲁⲧⲉⲧⲛ̄ⲣ̄ⲣ̄ⲙ̄ϩⲉ *ἐλευθερωθέντες ὑμεῖς* *Rom.* vi. 18, vide etiam *Luc.* ix. 22. xxiv. 47. II. *Cor.* v. 14. *Gal.* iii. 3. Basmurica participia habes *Hebr.* v. 9. vi. 1. 10. vii. 27.

V. *Praesens Indefinitum, seu Consuetudinis.*

Tempora alia esse definita, alia indefinita recte monent grammatici. Percunctans quid agat Sempronius responsum fero = *Ciceronem legit* = addo: *vetustiores ne scriptores recentioribus praefert*, mihi respondetur: *utrosque perinde legit*. Utrumque *legit* est praesens, sed primum definitum, quippe quod respicit tempus, quo ego interrogabam; alterum indefinitum, quod habitum seu consuetudinem legentis notat, ac valet *solet legere*. Quare cum characteristica ϣⲁ huius temporis

coalescat ex illa praeteriti ⲁ, et ϣ praemisso, iure videor asserere τὸ ϣ esse verbum *solere*, ita ut ϣⲁ designet consuetudinem, quae ex praeteritis actibus descendit. Hinc ϣⲁⲓⲟⲩⲱϣ proprie est *soleo velle*. Hoc tempore recte utuntur Copti iis in propositionibus, quae seu praesenti, seu praeterito tempore enunciari possunt, uti ⲟⲩⲣⲱⲙⲉ ⲉϣⲁⲩⲙⲟⲩⲧⲉ ⲉⲣⲟϥ ϫⲉ ⲡⲁⲩⲗⲟⲥ *homo quem appellant*, vel *appellarunt Paulum*. Saepius est praesens, quandoque praeteritum, uti ϣⲁϥⲧⲟϭⲟⲩ *plantavit eas Ming*. 264, ϣⲁⲩⲧⲁⲩⲉ *emiserunt Ming*. 265.

Pro ϣⲁⲣⲉ secund. pers. fem. scribitur etiam ϣⲁⲣ, sic ϣⲁⲣϫⲟⲗϩ *Ezech*. xxvii. 7.

Exempla tertiae pers. ϣⲁⲣⲉ passim occurrunt, sic ϣⲁⲣⲉ ⲡⲓⲙⲛⲟⲩⲧ ⲁⲟⲩⲱⲛ *ianitor aperit Ioh*. x. 3, ϣⲁⲣⲉ ⲛⲉⲥⲱⲟⲩ ⲥⲱⲧⲉⲙ *oves audiunt* ib.

Pro ϣ quandoque scribitur ⲉϣ, sic ⲉϣⲁϥⲥⲁϩⲱⲱϥ *recedit Luc*. ix. 39, ⲉϣⲁϥⲉⲓ *venit Sir*. xviii. 13, ⲉϣⲁϥⲧⲁⲩⲉ *profert Matth*. vii. 17. Alibi ⲉ praefixa notat participium, ⲟⲩⲕⲗⲟⲙ ⲉϣⲁϥⲧⲁⲕⲟ *corona corruptibilis* I. *Cor*. ix. 25, vide *Sir*. xiv. 19. I. *Petr*. i. 18, exempla tamen huius participii sunt rarissima.

Basmurici, qui cum Thebanis consentiunt, scribunt ϣⲁⲗⲉ *Isai*. v. 24. *Phil*. i. 18. *Q*. 235. 236. 242; interdum tamen cum Thebanis adhibent ϣⲁⲣⲉ I. *Cor*. xv. 33. *Hebr*. ix. 6. In tertia pers. plur. bis vidi ⲛϣⲁⲩ *Q*. 237.

VI. *Imperfectum Indefinitum, seu Consuetudinis*.

Ex praesenti indefinito, et ⲛⲉ nota imperfecti, coalescit ⲛⲉϣⲁ characteristica huius temporis, quod proprie valet *solebat esse*. Sic ⲛⲉϣⲁⲣⲉ ⲡϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲕⲁ ⲉⲃⲟⲗ *solebat praeses dimittere Matth*. xxvii. 15, ubi graecus revera habet εἰώθει ἀπολύειν; eadem Thebana verba occurrunt *Marc*. xv. 6, ubi graecus tantum habet ἀπέλυεν.

Alia exempla dant *Sir.* xxiii. 16. xl. 19. 20. 21. *Act.* v. 16. viii. 20.

Quandoque additur ⲡⲉ, uti in imperfecto, sic ⲡⲉϣⲁⲩⲥⲱⲧⲉⲙ ⲡⲉ *solebant audire, audiverant Gal.* i. 23, ⲡⲉϣⲁϥⲟⲩⲱⲙ ⲡⲉ *solebat edere, edebat Gal.* ii. 12.

Interdum praemittitur ⲉ otiosum, uti ⲉⲡⲉϣⲁϥϫⲟⲟⲥ *solebat dicere, dicebat Ming.* 264, ⲉⲡⲉϣⲁⲩⲁⲩⲝⲁⲛⲉ *solebant crescere, crescebant Ming.* 265.

VII. *Perfectum Secundum.*

Forma Thebana coalescit ex ⲛ̄ⲧ praefixo praeformantibus perfecti.

Secundae pers. fem. exempla habes in ⲛ̄ⲧⲁⲣⲧⲟⲙⲥ̄ϥ *sepelisti eum Z.* 339, ⲛ̄ⲧⲁⲣϩⲉ *cecidisti Z.* 654.

In tertia pers. interiecto nominativo, habes ⲛ̄ⲧⲁ ⲛⲁï ϣⲱⲡⲉ *haec facta sunt Iòh.* xix. 36, ⲛ̄ⲧⲁ ⲓ̅ⲥ̅ ϫⲟⲟⲥ *Iesus dixit Iòh.* xi. 13.

Absolute usurpatur, quin ulla particula aut aliud praecedat, vide *Màtth.* viii. 29. xxv. 37. 44. *Lùc.* xii. 49. I. *Còr.* ix. 10. II. *Pètr.* i. 21. iii. 5. 6. I. *Iòh.* ii. 29. iv. 7.

Saepe legitur post particulam ϫⲉ, *dicentes* ϫⲉ ⲛ̄ⲧⲁ ⲛ̄ⲛⲟⲩⲧⲉ ⲉⲓⲛⲉ *quod Diis similes fuerunt Àct.* xiv. 11, *existimantes* ϫⲉ ⲛ̄ⲧⲁ ⲡⲁⲩⲗⲟⲥ ϫⲓⲧ̄ϥ ⲉϩⲟⲩⲛ *quod Paulus introduxisset eum Àct.* xxi. 29. Vide *Lùc.* iv. 6. xii. 51. xiii. 2. *Màrc.* xv. 10. *Iòh.* ix. 20 — Occurrit post ⲁⲗⲗⲁ *sed Iùd.* 9, post ⲉⲛⲉ *si* I. *Còr.* ii. 8.

Caveant tirones, ne hoc tempus confundant cum ⲛ̄ⲧ *qui, quae*, sequente praeterito ⲁⲓ, ⲁⲕ; uti ⲛⲁⲓ ⲛ̄ⲧⲁⲩⲟⲩⲱⲛ̄ϩ ⲉⲃⲟⲗ *hi qui apparuerunt Lùc.* ix. 31. ϩⲉⲛⲥⲓⲟⲩⲣ ⲛ̄ⲧⲁⲩϫⲡⲟⲟⲩ *eunuchi quos genuerunt Màtth.* xix. 12.

Forma Memphitica constat ex ⲉⲧ praefixo praeformantibus praeteriti.

Absolute usurpatur, quin aliquid praecedat, ⲓ̅ⲥ̅ ⲉⲧⲁϥϫⲟⲥ



Iesus locutus fuit Ioh. xi. 13, ⲉⲧⲁⲛⲛⲁⲩ *vidimus Matth.* xxv. 37. 44, ⲉⲧⲁⲣⲉⲧⲉⲛϭⲓ *accepistis Gal.* iii. 2, vide *Ioh.* viii. 42. x. 10. *Hebr.* vii. 11. Particula ⲉⲧ abundat, secus vero in tempore XVI.

Saepe adhibetur post ϫⲉ, sic I. *Ioh.* iii. 9. *Luc.* xii. 51. I. *Cor.* xi. 17; post ⲙⲏ *num.* ii. *Cor.* xii. 18.

Haec temporis forma confundenda non est cum ⲉⲧ *qui, quae* praefixo praeteritis ⲁⲓ, ⲁⲕ. Aliam huius temporis potestatem vide ad tempus XVI.

Basmurici modo scribunt ⲛ̄ⲧⲁϥ I. *Cor.* xiv. 36, ⲛ̄ⲧⲁⲩ I. *Cor.* ix. 10, modo cum Memphitis ⲉⲧⲁϥ *Ioh.* iv. 45, ⲉⲧⲁ ib. 47, ⲉⲧⲁⲩ ib. 45.

VIII. *Plusquam Perfectum.*

Characteristica est ⲛⲉ ⲁ, quae constat ex illis imperfecti et perfecti. Quemadmodum vero imperfectum saepe adsciscit ⲛⲉ, ita etiam hoc tempus. Sic ⲛⲉ ⲁ ⲡⲁⲩⲗⲟⲥ ⲕⲣⲓⲛⲉ *Paulus iudicaverat Act.* xx. 16, ⲛⲉ ⲁ ⲡⲉϩⲟⲟⲩ ⲁⲣⲭⲉⲓ *dies incoeperat Luc.* ix. 2, ⲛⲉ ⲁⲩⲉⲓ ⲛⲉ *venerant Ioh.* xi. 19, ⲛⲉ ⲁϥⲙ̄ⲧⲟⲛ ⲙ̄ⲙⲟϥ ⲛⲉ *quieverat Ming.* 341, vide *Matth.* xiv. 24. *Luc.* ix. 2. *Marc.* vi. 50. *Act.* viii. 27. xvi. 17. xviii. 25.

Interdum est imperfectum, ⲛⲉ ⲁ ⲣⲟⲩϩⲓ ϣⲱⲡⲓ ⲛⲉ *erat vespera Act.* iv. 3.

IX. *Futurum Primum.*

Formatur a praeformantibus temporis primi, praesentis, quibus suffigitur ⲛⲁ *ire*, quare ϯⲛⲁⲥⲁϫⲓ proprie notat *ego eo loqui*, seu *locuturus sum, loquar.*

In prima pers. plur. pro ⲧⲉⲛⲛⲁ legi ⲧⲉⲛⲁ, sic ⲧⲉⲛⲁⲙⲟⲩ *moriemur Z.* 81. Male, nam confunditur cum pari voce ⲧⲉⲛⲁⲙⲟⲩ *tu* (fem.) *morieris.*

In secunda pers. plur. Thebani praesertim scribunt тетпа pro тетппа, vide *Matth.* xix. 28. xx. 23. xxi. 2. xxvi. 64. *Marc.* xiv. 62, et passim. Nam Thebani vix geminare solent eandem litteram.

Basmurice habes ϯпа *Phil.* i. 18. 25, et ϯпе *Isai.* i. 15 — ϥпа I. *Cor.* vii. 37. viii. 11. xv. 28, et ϥпе I. *Cor.* xiv. 38. xv. 15. *Q.* 238. 240. In sec. pers. plur. scribunt тетеппа *Ioh.* iv. 48.

X. *Futurum Secundum, et Participium Futuri.*

Formatur a praeformantibus temporis secundi, praesentis, quibus subiicitur па praedictum.

Pro ерепа secunda pers. fem. Thebaice legi ерпа, sic ерпаϫпо *Pan.* 328 — Pro еретеппа Sahidice unico п scribi solet еретепа *Luc.* xii. 11. *Ioh.* xix. 35, et passim. Thebaice etiam usurpatam vidi Memphiticam formam in еретпаⲣ *facietis Sir.* ii. 14 — Pro етпа scribitur оѵпа si т praecedat, vide *Matth.* xxvi. 13. *Luc.* ix. 13. *Act.* vii. 7.

In tertia persona utriusque numeri nominativus inseritur inter ере et па, uti ере пршме пашпϩ *homo vivet*, ере пекаϩо пашшпе *thesaurus tuus erit.* Tum sine ере scribitur пеϥшнрі паеретіп *filius eius rogabit Matth.* vii. 9, рші пасаϫі *os meum loquetur Psal.* xlviii. 3, пϫоеіс паϩареϩ *Dominus custodiet Psal.* cxx. 7.

Licet futurum notet, quandoque pro subiunctivo adhibetur post particulas *ut*, sic ϩіпа еϥпасіпі *ut transiret Act.* v. 15.

Quemadmodum praesens еі adhibetur etiam pro participio praesenti, ita еіпа pro participio futuri, sic етпаβшк еϩоѵп *ingressuri illi Act.* iii. 3, еретеппашаϫе *locuturi vos Sir.* li. 24, еϥпамоошe *iturus Act.* xx. 13,

ϥⲛⲁϫⲓⲟⲟⲣ *transfretaturus* *Act.* XXI. 2, vide *Act.* XXI. 37. XXII. 2. 15. 20. XXIII. 15. 20. 30.

Praeter formam ⲉⲓⲛⲁ Memphitae aliam habent ⲁⲓⲛⲁ, quae conflatur ex ⲛⲁ et praeformantibus praeteriti. Haec forma paullo rarior est, ⲁⲓⲛⲁ *Matth.* XI. 16, ⲁⲕⲛⲁ *Psal.* C. 2, ⲁⲣⲉⲛⲁ *Ierem.* IV. 30, ⲁϥⲛⲁ *Marc.* XI. 13, tum ⲁⲣⲉ ⲛⲁⲓ ⲛⲁϣⲱⲡⲓ *haec erunt* *Marc.* XIII. 4.

Basmurici, non secus ac Memphitae, duplicem habent formam. Ad primam pertinent ⲉⲓⲛⲁ, ⲉⲗⲛⲁ sec. pers. fem., ⲉϥⲛⲁ vel ⲉϥⲛⲉ, ⲉⲣⲉ... ⲛⲁ, ⲉⲛⲛⲉ, ⲉⲧⲉⲧⲛ̄ⲛⲉ vel ⲉⲧⲉⲧⲉⲛⲛⲉ, ⲉⲩⲛⲁ vel ⲉⲩⲛⲉ. Ad secundam ⲁⲓⲛⲁ, ⲁϥⲛⲉ, ⲁⲣⲉ... ⲛⲁ, ⲁⲧⲉⲧⲉⲛⲛⲉ, ⲁⲩⲛⲉ, quorum ipse vidi exempla.

XI. *Futurum Tertium.*

Coalescit ex praeformantibus praesentis ⲉⲓ, quibus accedit particula ⲉ *ad*, ita ut ⲉⲓⲉⲙⲉⲣⲉ proprie notet *sum ad amandum*, seu *amabo*.

Dixi particulam ⲛⲁ solam adhiberi post nominativum; revera ⲡϭⲟⲓⲥ ⲛⲁϩⲁⲣⲉϩ valet *Dominus it custodire*, seu *custodiet*, ubi ⲡϭⲟⲓⲥ est nominativus verbi ⲛⲁ *ire*. Sed in futuro tertio ⲉ non ita sola usurpari potest, nam ⲡϭⲟⲓⲥ ⲉϩⲁⲣⲉϩ notaret *Dominus ad custodiendum*, ubi nominativus nihil plane regeret.

In secunda pers. fem. ⲉⲣⲉ̀ est pro ⲉⲣⲉⲉ, quod ut distinguatur ab ⲉⲣⲉ praesentis, cum accentu scribi debet, sic ⲉⲣⲉ̀ⲙⲓⲥⲓ *paries*, ⲉⲣⲉ̀ⲙⲟⲩϯ *vocabis* *Gen.* XVI. 11; nam ⲉⲣⲉⲙⲓⲥⲓ esset *tu* (fem.) *paris*.

Idem dic de ⲉⲣⲉ̀ tertia persona; sic ⲉⲣⲉ̀ ⲡⲉⲕⲣⲁⲛ ϣⲱⲡⲓ *nomen tuum erit* *Gen.* XVII. 5. 15, ⲉⲣⲉ̀ ⲟⲩϣⲏⲣⲓ ϣⲱⲡⲓ *filius erit* *Gen.* XVIII. 14, ⲉⲣⲉ̀ ⲡⲓⲣⲱⲙⲓ ⲭⲁ *homo relinquet* *Matth.* XIX. 5.

In ceteris personis ⲉ futuri numquam eliditur ante ⲉ

radicale, quare scribitur ⲉϥⲉⲉⲓⲙⲉ *Sap.* 521, ⲉⲩⲉⲉⲓⲙⲉ *Sap.* 576, ⲉⲓⲉⲉⲓ *W.* 3. 8.

Hoc tempus quandoque notat optativum, uti ⲉϥⲉϯ *det Sir.* L. 23, ⲉϥⲉϣⲱⲡⲉ *sit Act.* VIII. 20, vide II. *Iòh.* I. 3, III. *Iòh.* I. 15, ⲉϥⲉⲥⲱⲧⲉⲙ *exaudiat Psal.* XIX. 1. Tum saepe Thebaice post particulas ϫⲉ, ϫⲉⲕⲁⲥ *ut* notat subiunctivum, uti ϫⲉⲕⲁⲥ ⲉⲕⲉϫⲟⲟⲥ *ut dicas*, ϫⲉⲕⲁⲥ ⲉⲣⲉ̀ ⲟⲩⲣⲱⲙⲓ ⲛ̄ⲟⲩⲱⲧ ⲙⲟⲩ *ut unus homo moriatur Iòh.* XI. 50, vide et *Iòh.* XVII. 1, et passim.

XII. *Futurum Quartum.*

Characteristica est ⲧⲁⲣⲉ, quae numquam solitaria usurpatur, sed semper cum suffixis. Paullo rara sunt exempla huius futuri, quare singularum personarum exempla commemorabo.

Sing. pers. 1 unicum vidi exemplum ⲧⲁⲣⲓ in ⲧⲁⲣⲓⲣ̄ϣⲙ̄ⲙⲟ *Z.* 333, alibi semper scribitur ⲧⲁ *Ròm.* X. 18. 19. *Màtth.* VIII. 19. XVIII. 21. 26. Tria exempla Memphitica citat Scholz in *Grammatica* p. 96. Duo Basmurica ⲧⲁϣⲱⲡⲓ, ⲧⲁⲡⲉⲩ leguntur *Z.* 161. 166.

Pers. 2 m. ⲧⲁⲣⲉⲕ *Sir.* VI. 18. VII. 2; nulla vidi Memphitica.

Pers. 2 f. ⲧⲉⲣⲁ, cuius exemplum Thebanum citat Scholz in *Gramm.* p. 97 et Memphitica habes *Gen.* XXIV. 58. XXX. 15. *Luc.* I. 31. *Ioh.* XI. 40.

Pers. 3 m. ⲧⲁⲣⲉϥ *Sir.* XXX. 9. XXXIV. 10. XLIII. 31; nullum vidi Memphiticum.

Pers. 3 f. ⲧⲁⲣⲉⲥ nulla offendi exempla.

Plur. pers. 1 ⲧⲁⲣⲛ̄ *Lùc.* XXII. 49. *Ròm.* VI. 15, sed ⲧⲁⲣⲛ̄ⲧⲁⲙⲓⲟ *Màrc.* IX. 5. *Lùc.* IX. 33 est optativum *faciamus.* Nullibi vidi in Memphiticis.

Pers. 2 ⲧⲁⲣⲉⲧⲛ̄ *Sap.* 286. 315, *Sir.* LI. 23. Exemplum

Basmuricum credo latere in ⲧⲁⲗⲉⲧⲉⲧⲉⲧⲉⲛⲛⲉⲩ *Ioh.* IV. 29; si corrigas ⲧⲁⲗⲉⲧⲉⲛⲛⲉⲩ. Desunt exempla Memphitica.

Pers. 3 ⲧⲁⲣⲟⲩ *Luc.* XI. 9. XV. 18. *Act.* II. 17. Nuspiam vidi in Memphiticis.

In quatuor Futura Adnotatio.

In lingua geometrica, cuiusmodi fuit Aegyptia, persuasum habeo quatuor haec futura antiquioribus temporibus ita distincta fuisse, ut aliud esset participium futuri, aliud futurum proximum, aliud indefinitum, aliud exactum seu perfectum; sed in textibus linguae Copticae nullam deprehendi inter eiusmodi futura distinctionem, quae rata sit et certa. Usus tamen sequentia me docuit.

1.° Futurum ⲛⲁ necessario usurpatur in tertia persona, quoties est solitarium, seu nulla praeformans personae praecedit, uti supra ad Futurum Secundum dixi.

2.° Quoties praeponitur ⲉⲧ *qui*, uti ⲉⲑⲛⲁⲓ ⲉϧⲟⲩⲛ M; ⲡⲉⲧⲛⲁⲃⲱⲕ ⲉϩⲟⲩⲛ T. *is est qui ingredietur. Matth.* VII. 21; ⲫⲏ ⲉⲑⲛⲁⲉⲣⲥⲕⲁⲛⲇⲁⲗⲓⲍⲉⲥⲑⲉ M, ⲡⲉⲧⲛⲁⲥⲕⲁⲛⲇⲁⲗⲓⲍⲉ T. *qui scandalizabit Matth.* XVIII. 6 — Et cum praeformantibus personarum, ⲟⲩ ⲛ̀ⲁⲅⲁⲑⲟⲛ ⲉϯⲛⲁⲁⲓϥ M, ⲟⲩ ⲡⲉϯⲛⲁⲁϥ T. *quodnam bonum faciam? Matth.* XIX. 16, ⲫⲏ ⲉⲧⲉⲥⲛⲁⲙⲁⲥϥ M, ⲡⲉⲧⲟⲩⲛⲁϫⲡⲟϥ T. *ille qui gignetur Matth.* I. 20. Nam si pro ⲉϯⲛⲁⲁⲓϥ scriberetur ⲉⲉⲓⲉⲁⲓϥ, nimius esset vocalium concursus; in ceteris vero personis ⲉⲉⲕⲉϯ, ⲉⲉϥⲉϯ etc. semper duo ⲉ offenderentur.

3.° Distinctio inter futura pendet etiam ab indole dialectorum.

Quoties futurum absolute ponitur, quin pendeat a particula vel pronomine, Thebani adhibent futurum ⲛⲁ, at Memphitae futurum ⲉ̀, sic ⲥⲛⲁϫⲡⲟ ⲛ̄ⲟⲩϣⲏⲣⲉ T, ⲉⲥⲉ̀ⲙⲓⲥⲓ ⲛ̀ⲟⲩϣⲏⲣⲓ M. *pariet filium Matth.* I. 21, ⲥⲉⲛⲁ-

ⲙⲟⲩⲧⲉ ⲉⲣⲟϥ T, ⲉⲩⲉⲙⲟⲩϯ ⲉⲣⲟϥ M. *vocabunt eum Matth.* II. 23. Vide in utroque textu *Matth.* VII. 16. 23. 26. VIII. 8. IX. 15. 18. XVI. 25. XVII. 27.

Sin futurum pendeat a particula vel pronomine, Thebani utuntur futuro ⲉ, contra Memphitae amant futurum ⲛⲁ. Sic post ϫⲉ vel ϫⲉⲕⲁⲥ *ut* Thebani adhibent futurum ⲉⲓⲉ, vide *Matth.* II. 8. 15. XVIII. 6. XIX. 16. Memphitae vero post particulas *ut*, licet saepius adhibeant tempus subiunctivum, tamen quandoque utuntur futuro ⲛⲁ, sic ϩⲓⲛⲁ ⲉϥⲛⲁⲥⲓⲛⲓ *ut transiret Act.* V. 15; tum post ϩⲁⲣⲁ, ⲙⲏϯ, ϩⲏⲡⲡⲉ etc. ponunt futurum ⲛⲁ, vide *Gen.* XVIII. 13. 17. XX. 3.

Hi fere sunt praecipui canones. Alia tamen sunt loca, in quibus promiscue utrumque futurum usurpatur.

XIII. *Imperfectum Futuri.*

Ex characteristicis imperfecti et futuri coalescit hoc tempus; quare locum hic habent quae de hisce temporibus superius dixi.

Characteristica solitaria tertiae personae est T. ⲛⲉⲣⲉ . . . ⲛⲁ, et M. ⲛⲁⲣⲉ . . . ⲛⲁ, sic ⲛⲉⲣⲉ ⲡϫⲟⲓ ⲛⲁϣⲟⲩⲟ T, ⲛⲁⲣⲉ ⲡⲓϫⲟⲓ ⲛⲁϩⲓⲟⲩⲓ M. *navis erat eiectura Act.* XXI. 3.

Saepe additur ⲡⲉ, quod contingit omnibus temporibus ex imperfecto ortis, uti ⲛⲉⲥⲛⲁⲙⲟⲩ *moritura erat Luc.* VIII. 42, ⲛⲉϥⲛⲁⲙⲟⲩ ⲡⲉ *moriturus erat Z.* 335, ⲛⲁⲩⲛⲁϣⲉ *ituri erant Luc.* XXIV. 28, ⲛⲁⲣⲉⲧⲉⲛⲛⲁⲧⲏⲓⲧⲟⲩ ⲡⲉ *eratis tradituri eos Gal.* IV. 15.

Ab imperfecto futuri non multum distat alia significatio modi conditionalis, uti ⲛⲁⲣⲉⲧⲉⲛⲛⲁⲙⲉⲛⲣⲏⲧ ⲡⲉ *diligeretis me Ioh.* VIII. 42, ⲛⲁⲣⲉⲧⲉⲛⲛⲁⲁⲓⲧⲟⲩ *faceretis ea Ioh.* VIII. 39, ⲛⲉⲓⲛⲁⲁⲛⲓϫⲉ *tollerarem Act.* XVIII. 14, ⲛⲉⲩⲛⲁⲙⲓϣⲉ ⲡⲉ *dimicarent Ioh.* XVIII. 36. Vide *Luc.* VII. 39. XII. 39. *Ioh.* V. 46. VIII. 19. I. *Cor.* XI. 31. I. *Ioh.* II. 19.

In textibus Basmuricis vidi ⲛ̄ⲕⲛⲉ *Q.* 231, ⲛⲁϥⲛⲉ ⲡⲉ *Hebr.* VIII. 7, ⲛⲁⲧⲛⲉ ⲡⲉ *Hebr.* X. 2. Prima scriptura ⲛ̄ⲕⲛⲉ reprobanda est.

XIV. *Modus Optativus.*

Characteristica est ⲙⲁⲣⲉ *utinam*, quae coalescit ex ⲙⲁ imperativo *da*, et paragogico ⲣⲉ, ita ut ⲙⲁⲣⲉ ⲡⲁⲩⲗⲟⲥ ⲉⲓ sit *da Paulum venire, utinam Paulus veniat*, ⲙⲁⲣⲓⲥⲱⲧⲉⲙ ἀκουστὸν ποίησόν μοι *da ut audiam Psal.* CXLII. 8, ⲙⲁⲣⲉϥⲧⲟⲩⲃⲟ *sanctificetur*, ⲙⲁⲣⲉ ⲧⲉⲛϭⲟⲙ ϣⲱⲡⲉ *fortitudo nostra sit Sap.* 73, ⲙⲁⲣⲉ ⲡⲕⲁϩⲓ ⲑⲉⲗⲏⲗ *exultet terra Psal.* XCVII. 1.

Basmurici modo ⲙⲁⲣⲉϥ, ⲙⲁⲣⲉⲛ scribunt, modo ⲙⲁⲗⲉϥ, ⲙⲁⲗⲉⲛ.

XV. *Tempus Subiunctivum.*

Eius characteristica est ⲛ̄ⲧⲉ, quam dialectus Memphitica semper servat, Thebana vero respuit in personis ⲛ̄ⲅ, ⲛ̄ϥ, ⲛ̄ⲥ, et ⲛ̄ⲥⲉ.

Subiunctivum appellavi, quia subiungi solet vel particulis, vel alteri verbo, si tamen excipias Memphiticam dialectum, in qua interdum solitarium occurrit. Adhibetur

I. Post aliud verbum, cuius et tempus et modum omnino repraesentat, saepe etiam includens vim coniunctionis *et*. Quare

1.° Post praesens est praesens, sic ϣⲁⲣⲉ . . . ⲧⲟⲗⲙⲁ ⲛ̄ϥϫⲟⲟⲥ *audet et dicit Rom.* X. 20, ubi Memphiticus ⲟⲩⲟϩ ϥϫⲱ ⲙ̄ⲙⲟⲥ *et dicit* in praesenti; ϣⲁⲥⲃⲱⲕ ⲛ̄ⲧⲉ ⲕⲉⲟⲩⲉⲓ ⲉⲓ *vadit et alia venit Z.* 213, ϣⲁⲩⲡⲱϩ . . . ⲛ̄ⲧⲉ ⲡⲏⲣⲡ ⲡⲱⲱⲛⲉ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̄ⲧⲉ ⲕⲉϩⲱⲧ ⲧⲁⲕⲟ *rumpuntur . . . et vinum effunditur, atque utres etiam pereunt Matth.* IX. 17, ubi Memphiticus pro utroque ⲛ̄ⲧⲉ repetit ϣⲁⲣⲉ.

2.° Post imperfectum est imperfectum, пеүсωтм... псепоі ан *audiebant*... *et non intelligebant Act.* IX. 7.

3.° Post perfectum est perfectum, атетпмоүн євол птетпрекаєіт *permansistis et esuristis Act.* XXVII. 33. Exempla trium horum temporum rara sunt in dialecto Sahidica, fere nulla in Memphitica.

4.° Post futurum est futurum; exempla in utraque dialecto passim occurrunt, sic єqпаршп... псеqі ммок *imperabit*... *et tollent te Matth.* IV. 6, qпаместе... пеqмєре *odio habebit*... *et diliget Matth.* VI. 24, сєпапарадідоү ммоq... псемооүтq *tradent eum*... *atque eum interficient Matth.* XVII. 23, пака... пqтωбє... псєщωпє *relinquet*... *et adhaerebit*... *et erunt Matth.* XIX. 5, ubi graecus semper habet coniunctionem *καὶ*. Ea quandoque exprimitur qпаϯ... аүω пqсопс *dabit*... *et orabit Sir.* XXXIX. 5, єтєтппаоүωм... оүог птєтєпсω *manducabitis*... *et bibetis* I. *Cor.* XI. 26, et alibi passim.

5.° Post imperfectum futuri notat par tempus, пеqпароєіс оп пє пqтмка *vigilaturus esset et non sineret Matth.* XXIV. 43.

6.° Post imperativum imperat, тωоүп пгмооще *surge et ambula Matth.* IX. 5, qі... пгбωк *tolle*... *et abito Matth.* XX. 14, бωк... птєхоос *abi*... *et dic Ioh.* XX. 17, quibus in locis graecus addit *καὶ*. Vide *Matth.* VI. 6. VIII. 4. 22. IX. 13. 18. XVIII. 15. XIX. 21. XXIII. 3 etc. Adnota tamen Memphiticum textum hisce in locis uti solere imperativo, non vero subiunctivo tempore; quare dicendum est hanc imperativi potestatem propriam esse dialecti Sahidicae.

7.° Post optativum est optativum, марєпктоп птєпбмпщіпє *revertamur et visitemus Act.* XV. 36, concinit Memphiticus; марєqоүωм аүω пqсω *comedat et bibat* I. *Cor.* XI. 28, ubi Memphiticus єтєqсω, sed corrige

ⲛ̀ⲧⲉϥⲥⲱ; ⲙⲁⲣⲉϥⲱⲗⲓ... ⲛ̀ⲧⲉϥⲙⲟϣⲓ ⲛ̀ⲥⲱⲓ *tollat* ... *et sequatur me Matth.* xvi. 24.

8.° Post tempora, quae a particulis reguntur, notat par tempus a pari particula pendens, uti *rogavit eum* ⲉⲧⲣⲉϥⲁⲗⲉ ⲛ̄ϥϩⲙⲟⲟⲥ *ut ascenderet et sederet Act.* viii. 31 pro ⲁⲩⲱ ⲉⲧⲣⲉϥϩⲙⲟⲟⲥ, vide *Act.* ix. 37. xvii. 3 — ⲁⲥϣⲱⲡⲓ... ⲉⲑⲣⲟⲩϣⲉ... ⲛ̀ⲧⲟⲩⲥⲁϫⲓ *accidit ut irent et loquerentur Act.* xiv. 1 pro ⲟⲩⲟϩ ⲉⲑⲣⲟⲩⲥⲁϫⲓ — ϣⲁⲛⲧϥϥⲓ... ⲁⲩⲱ ⲛ̄ϥⲟⲩⲱϣϥ *donec tollat et conterat Sir.* xxxii. 18, vide II. *Petr.* i. 19 — ϩⲙ ⲡⲧⲣⲉⲩⲥⲙⲟⲩ... ⲁⲩⲱ ⲛ̄ⲧⲉ ⲡⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ⲱϣ ⲉⲃⲟⲗ *dum ipsi laudarent et sanctuarium resonaret Sir.* xlvii. 10 — ϧⲉⲛ ⲡϫⲓⲛⲑⲣⲟⲩⲥⲱⲧⲉⲙ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲥⲉⲛⲁⲩ *dum audirent et viderent Act.* viii. 6, ita enim lege pro ⲛⲥⲁⲛⲁⲩ — ⲁⲕϣⲁⲛϩⲓⲧⲕ... ⲛ̀ⲧⲉⲕⲟⲩⲱϣⲧ ⲙ̀ⲙⲟⲓ *si prostraveris te et adoraveris me Matth.* iv. 9, vide I. *Ioh.* i. 6. *Iac.* ii. 2 — *servum Domini non oportet* ⲉⲙⲓϣⲉ ⲁⲗⲗⲁ ⲛⲉϥϣⲱⲡⲉ *pugnare, sed esse* etc. II. *Timot.* ii. 24.

II. Post particulas *ut, ne, si, si non* est tempus modi subiunctivi. Sic ϩⲓⲛⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲥⲁϫⲓ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲟϩⲓ *ut verbum omne consistat Matth.* xviii. 16, vide *Matth.* xviii. 16. xix. 16 — ϩⲱⲥⲧⲉ ⲛ̄ⲧⲉ ⲡⲓⲗⲁⲧⲟⲥ ⲣ̄ϣⲡⲏⲣⲉ *ut Pilatus miraretur Marc.* xv. 5, vide *Act.* i. 19. xv. 39. xix. 10 — Sic post ϫⲉ et ϫⲉⲕⲁⲥ *ut Sir.* xxxv. 2. xlvii. 13. I. *Cor.* ix. 18 — ⲙⲏⲡⲟⲧⲉ ⲛ̄ⲟⲣⲡⲟϭ *ne magna fiat Sir.* xlii. 9, vide *Matth.* iv. 6 — Post ⲉϣⲱⲡ *si Matth.* v. 13. vi. 14 — Post ⲉⲓⲙⲏⲧⲉⲓ *si non Luc.* ix. 13. *Act.* viii. 31.

Quandoque absolute ponitur, ita tamen ut subintelligenda sit particula *ut*, ⲥⲉⲣⲛⲟϥⲣⲓ ⲛⲁϥ ⲛ̀ⲧⲟⲩⲉϣ ⲱⲛⲓ *prodest ei* (ut) *suspendant lapidem Matth.* xviii. 6, ubi Thebanus ϫⲉⲕⲁⲥ ⲉⲩⲉⲙⲟⲩⲣ *ut ligent* — ⲁⲛⲁⲅⲕⲏ ⲅⲁⲣ ⲛ̀ⲧⲟⲩⲓ *necesse est* (ut) *veniant Matth.* xviii. 7, ubi Thebanus ⲉⲧⲣⲉ ... ⲉⲓ *ut veniat* — ⲛⲁⲛⲉⲥ ... ⲛ̀ⲧⲉⲕⲓ *bonum est* (ut) *eas Matth.* xviii. 8, ubi Thebanus ⲉⲃⲱⲕ *ire* —

ⲁϫⲓⲥ ⲙ̄ⲡⲁⲥⲟⲛ ⲛ̄ϥⲡⲉϣ *dic fratri meo* (ut) *dividat Lùc.* xii. 13, vide *Matth.* xix. 3. *Lùc.* xv. 32.

III. Absolute usurpatur.

1.° In significatione futuri, idque raro et Memphitice, ⲛ̄ⲧⲉϥⲙⲉⲥⲧⲉ *odio habebit Matth.* vi. 24, ⲛ̄ⲧⲁⲭⲱ *remittam Matth.* xviii. 21, ⲛ̄ⲧⲉⲛⲭⲁⲩ *constituemus eos Act.* vi. 4, ⲛ̄ⲧⲁⲙⲟϣⲓ ⲛ̄ⲥⲱⲕ *sequar te Matth.* viii. 19.

2.° Pro modo optativo et coniunctivo utraque in dialecto, ⲕⲁ ⲛⲁⲓ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲛ̄ⲥⲉⲃⲱⲕ *sinite hos omnes atque abeant Iòh.* xviii. 8, ubi Memphiticus ⲙⲁⲣⲟⲩϣⲉ ⲛⲱⲟⲩ *abeant*; *iugulate vitulum* ⲟⲩⲟϩ ⲛ̄ⲧⲉⲛⲟⲩⲱⲙ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̄ⲧⲉⲛⲟⲩⲛⲟϥ ⲙ̄ⲙⲟⲛ *et comedamus et gaudeamus Luc.* xv. 23, ubi Thebanus omisit utrumque ⲟⲩⲟϩ; *fac Deos* ⲛ̄ⲥⲉϫⲓⲙⲟⲉⲓⲧ *et ducant nos Àct.* vii. 40; ⲛ̄ⲧⲉⲛⲑⲁⲙⲓⲟ *faciamus Luc.* ix. 33; ⲛ̄ⲧⲛ̄ⲧⲥⲓⲟⲛ . . . ⲛ̄ⲧⲛ̄ⲭⲣⲱ *satiemus nos . . . atque utamur Sap.* 62.

Basmuricos ideo dixi cum Thebanis consentire, quia legi ⲛ̄ⲥⲉ *Isai.* v. 17. *Q.* 240.

XVI. *Tempus Compositum* *cum Particula* T. ⲛ̄ⲧⲉⲣⲉ, M. ⲉⲧⲉ quando, cum.

Particula ⲛ̄ⲧⲉⲣⲉ constans ex ⲉⲣⲉ nota temporis praesentis, et ⲛ̄ⲧⲉ quod *tempus* indefinite designat, valet *quando*, *cum*, ac refertur ad tempus praeteritum, nam de praesenti dicitur *dum*. Hinc ⲛ̄ⲧⲉⲣⲓϫⲉⲩ *quando misi*, ⲛ̄ⲧⲉⲣⲉϥϫⲓ *quando accepit*, ⲛ̄ⲧⲉⲣⲉ ⲓ̅ⲥ̅ ⲧⲁⲙⲓⲉ *quando Iesus fecit*. Legitur quidem *Lùc.* xxii. 59 ⲛ̄ⲧⲉⲣⲉ ⲁ ⲟⲩⲛⲟⲩ ⲟⲩⲉⲓⲛⲉ *quando hora transivit*, sed alius codex caret incommodo ⲁ.

A significatione *quando* fluxit alia *cum*, sequente praeterito coniunctivi latini, ⲛ̄ⲧⲉⲣⲉϥⲛⲁⲩ . . . ⲡⲉϫⲁϥ *cum videret*, vel *vidisset dixit* ἰδὼν εἶπε *Màtth.* iii. 7, ⲛ̄ⲧⲉⲣⲉϥⲃⲁⲡⲧⲓⲍⲉ . . . ⲁϥⲉⲓ *cum baptizatus esset* (βαπτισθεὶς) *venit*

Màtth. III. 16, ⲛ̄ⲧⲉⲣⲟⲩⲛⲁⲩ ἰδόντες *cum vidissent Màtth.* VIII. 34, quare hoc tempus respondet graecis participiis aoristorum, vide *Màtth.* VIII. 5. 16. 18. 23. 28. 34. IX. 2. 23. 28. 33. 36.

Particula Memphitica ⲉⲧⲉ, seu ⲉⲧ sequente vocali, respondet Sahidicae ⲛ̄ⲧⲉⲣⲉ. Notat

Quando, uti ⲉⲧⲁϥⲑⲁⲙⲓⲟ *quando fecit Ioh.* IX. 14, ⲉⲧⲁϥⲓ *quando venit Ioh.* XX. 24, ⲉⲧⲁ ⲣⲟⲩϩⲓ ϣⲱⲡⲓ *quando vesper fuit Matth.* VIII. 16, ⲉⲧⲁ ⲡⲁϥⲱⲓ ϣⲓⲁⲓ *quando coma mea crevit Z.* 15.

Cum, ⲉⲧⲁϥⲛⲁⲩ ... ⲡⲉϫⲁϥ *Matth.* III. 7, ⲉⲧⲁϥϣⲱⲙⲥ ... ⲁϥⲓ *Matth.* III. 16, ⲉⲧⲁⲩⲛⲁⲩ *Matth.* VIII. 34, quae respondent Thebanis locis paullo supra citatis; quare hoc tempore exprimuntur participia graeca aoristorum, vide *Matth.* VIII. 5. 16. 18. 23. 28. 34. IX. 2. 23. 28. 33. 36.

Basmurici cum Thebanis faciunt, sed cum ⲗ scribunt; praeter ⲛ̄ⲧⲉⲗⲉϥ *Hebr.* VII. 10, ⲛ̄ⲧⲉⲗⲟⲩ *Hebr.* VII. 12. *Q.* 240, vidi ⲛ̄ⲧⲉⲗⲉⲩ *Hebr.* IX. 19.

XVII. *Tempus Compositum* *cum particula* T. ϣⲁⲛⲧⲉ, M. ϣⲁⲧⲉ donec, quousque.

Particula ϣⲁⲛⲧⲉ conflatur ex ϣⲁ *usque*, et ⲛ̄ⲧⲉ quam *tempus* indefinite notare vidimus paullo supra. Memphitae, omisso ⲛ, scribunt ϣⲁⲧⲉ, sed vetus orthographia in nonnullis codicibus adhuc superest, quemadmodum in Memphitico LIV Borgiano, in quo legitur ϣⲁⲛⲧⲟⲩⲛⲟϩⲉⲙ, et ϣⲁⲛⲧⲁϣⲉ ⲉϧⲟⲩⲛ *Z.* 100. Hinc ϣⲁⲛⲧⲉ ⲡϣⲏⲣⲉ ⲧⲱⲟⲩⲛ *donec filius surgat Màtth.* XVII. 9, ϣⲁⲛⲧⲉ ϩⲧⲟⲟⲩⲉ ϩⲱⲛ *donec mane appropinquaret Àct.* XXVII. 33, ϣⲁⲧⲉϥⲓ *usquedum venit Act.* VIII. 39, ϣⲁⲧⲟⲩϩⲉⲓ *donec deciderint Deut.* II. 15, ϣⲁⲛⲧⲟⲩϣⲱⲡⲉ *donec fiant Màtth.* V. 18.

Monstra sunt duo haec loca, *Act.* VII. 2 ϣⲁⲧⲉϥϣϣⲱⲡⲓ

pro *antequam habitaret*, ubi Thebanus recte ⲙ̀ⲡⲁⲧⲉϥⲟⲩⲱϩ *antequam habitaret*; alterum *Gal.* I. 4 ϣⲁⲧⲉϥⲛⲁϩⲙⲉⲛ pro *ut nos liberaret*. Vel textus corruptus est, vel interpres aliud legit in graeco.

De Particulis Conditionalibus.

Excursus.

Coniunctio *si* conditionem notat, quam volumus vel negare, — vel affirmare, seu quia ita credimus, seu quia adversario ita esse concedimus, — vel incertam relinquere haud definientes, utrum res futura sit, nec ne, — vel denique conditio refertur ad tempus, ita ut pro conditione *si* adhiberi etiam possit particula *quando*. Copti pro varia conditionis specie diversa adhibent vocabula.

Pharisaeus videns Christum comiter excipientem mulierem perditissimam dixit: *si propheta esset hic, sciret quae sit haec mulier Luc.* VII. 39; scilicet usus conditione negativa ita ratiocinabatur: *non est propheta, quia nescit quae sit haec mulier*. Copti conditionem negaturi utuntur particula ⲉⲛⲉ *si*.

Christus Iudaeos alloquens, postquam *Ioh.* VIII. 45 professus fuerat se veritatem dicere, ita argumentatur: *si veritatem dico vobis, cur non creditis mihi?* habes conditionem, quam Christus de se affirmabat. At Iudaei, qui Christum illudentes dicebant: *si rex Israël est, descendat de cruce Matth.* XXVII. 42, propositionem quidem concedebant, at non ex propria sententia, sed ex sententia Christi, ut argumentum in ipsum retorquerent. Duplex igitur esse potest affirmatio vel quia ita credimus, vel quia ita concedimus. Copti conditionem affir-

maturi Thebaice et Basmurice scribunt ешхе, Memphitice ісхе *si*.

Saepe vero conditio est mera hypothesis, quam animo fingimus, haud solliciti de eius eventu, uti: *si quis cultor Dei est, hunc Deus audit Ioh.* IX. 31. Copti meram hypothesim enunciaturi Thebaice dicunt ешωпе, Memphitice ешωп, Basmurice ешωпі *si*.

Tandem qui ait *si rem amissam inveniam, gaudebo Matth.* XVIII. 13, poterat etiam dicere *quando inveniam*. Copti hanc conditionem enunciant particula шап, quae modo *si*, modo *quando* redditur, vel *si quando*, ita tamen, ut incertum relinquamus, utrum res eventura sit, nec ne.

Arabes negantem tantum, atque hypotheticam conditionem distinxerunt duabus coniunctionibus لو, et إن (1); at Copti eam accuratissimam analysim instituerunt, qua subtiliorem philosophi ipsi non invenissent.

De coniunctionibus епе et шап dicam illustrans tempora verbi, quae cum iis componuntur. At de ешωпе, et ешхе, quae solitariae adhibentur, iuvat hic exempla ponere, quibus constet, me non theoriam comminisci, sed certissimam, licet hucusque ignotam, veritatem exprimere.

Coniunctio T. B. ешхе, M. ісхе.

Memphiticum ісхе constat ex іс *ecce*, et хе *quia*; in Thebano ешхе video ш pro с positum, ita ut ешхе pro есхе itidem notet *ecce quia*. Ipsum etymon iam innuit coniunctione affirmari propositionem, quae inde pendet.

Revera Christus postquam multa suae doctrinae scita

(1) Sacy *Grammaire Arabe* t. 1. n.° 885.

edocuisset Apostolos, ita eos alloquitur: *si scitis ista, beati vos si feceritis ea Ioh.* XIII. 17, primum *si* est ιcϫε affirmantis, alterum hypotheticum εϣωπ. Paullo supra v. 14 *si* (ιcϫε) *ego lavi pedes vestros ... etiam vos debetis lavare pedes.* Tum *Luc.* XI. 15 cum nonnulli Iudaei dicerent Christum daemonum ope eiicere daemones, hoc argumento eos perstringebat: *si* (ιcϫε) *Satanas divisus est ... si* (ιcϫε) *ego eiicio daemones in Belzebub* (hucusque ex sententia adversariorum; tum in sua sententia pergit) *si* (ιcϫε) *in digito Dei eiicio daemones ... profecto pervenit regnum Dei;* tum hypothesim fingens: *si* (εϣωπ) *fortis armatus custodierit aulam ... si* (εϣωπ) *fortior illo veniat ... in pace sunt quae possidet ... si* (ϣαn, seu *quando*) *spiritus immundus exierit ex homine transit per loca arida.* Et Satanas Christum tentaturus *Matth.* IV. 6 *si* (ιcϫε, ut ais) *filius Dei es, hinc te deiice ... omnia tibi dabo, si* (ϣαn *quando*) *adoraveris me.* Tum Christus alloquens Apostolos aiebat: *si* (ιcϫε uti dicitis, ac verum est) *mundus odit vos, scitote eum me odisse prius; si* (εnε, neque enim id credo) *ex mundo essetis, diligeret mundus quod suum est Ioh.* XV. 18. Vide *Matth.* IV. 3. V. 29. 30. VIII. 31. XI. 14. XVIII. 8. 9. XIX. 10. XXVI. 39. 42.

Quamvis vero sexcentis in locis hanc vim affirmantem deprehenderim, sunt tamen nonnulla in quibus dubitare licet, utrum affirmare debeas, an rem incertam relinquere. Ita *Matth.* XIX. 17 adolescens, qui Christum interrogaverat *Doctor bone quid faciam, ut vitam aeternam possideam?* tulit responsum: *si vis ad vitam ingredi, serva mandata ... tandem vade, vende quae habes, et da pauperibus;* quibus auditis, adolescens, utpote ditissimus, abiit tristis. Si animum consideres adolescentis Christum adeuntis, ιcϫε scriberes cum Memphitico; at si rei exitum respicias, iure Thebanus scripsit

ⲉϣⲱⲡⲉ *si contingat ut velis ad vitam ingredi.* Eadem varians inter utrumque textum occurrit *Act.* v. 39. Memphitico ⲓⲥϫⲉ Gamaliel se prodit Apostolis benevolum, ac fere Christianum; Thebano ⲉϣⲱⲡⲉ prudenter suam mentem celat.

Inter multa Basmurica loca vide I. *Cor.* xv. 2. 12. 13. 14. 16. 17. 19. 32.

Coniunctio T. ⲉϣⲱⲡⲉ, M. ⲉϣⲱⲡ, B. ⲉϣⲱⲡⲓ.

Utraque coalescit ex ⲉ *si*, et T. ϣⲱⲡⲉ, M. ϣⲱⲡ *esse*; particulam ⲉ quandoque notare *si* demonstrant exempla a me allata in Lexico p. 30. Quare utraque vi sui etymi valet *si sit*, *si contingat*, atque adhibetur quoties meram hypothesim fingimus, nihil quidem statuentes, utrum revera locum habitura sit, nec ne, sed ut significemus quid, ea posita, secuturum sit.

Memphitice construitur cum tempore subiunctivo, ⲉϣⲱⲡ ⲛ̀ⲧⲟⲩϩⲉⲓ *si contigerit ut cadant Levit.* xi. 37, ⲉϣⲱⲡ ⲛ̀ⲧⲉ ⲟⲩⲟⲛ ⲙⲟⲩ *si aliquis moriatur* ib. 39. Vide *Levit.* xiii. 12. 16. 22. 23. 27. 35. 42. 57.

Thebaice construitur cum futuro ⲛⲁ, uti ⲉϣⲱⲡⲉ ⲟⲩⲁ ⲛⲁⲇⲓⲁ́ⲕⲟⲛⲉ́ⲓ *si contingat ut quis ministret Ioh.* xii. 26, ⲉϣⲱⲡⲉ ⲥⲉⲛⲁⲕⲱ *si remittant Act.* viii. 22, ⲉϣⲱⲡⲉ ⲉⲩⲛⲁⲉϣϭⲙ̄ϭⲱⲙϥ *si poterunt palpare eum Act.* xvii. 27.

Basmurice modo cum subiunctivo construitur Q. 243, modo cum futuro I. *Cor.* vii. 9; tum ib. xiv. 35 cum praesenti.

XVIII. *Tempus Compositum cum Particula* ⲉⲛⲉ *si.*

Dixi ⲉⲛⲉ *si* eam afficere propositionem, quam negare volumus. Concinit etymon, nam ⲛ̄ seu ⲉⲛ est particula negativa *non.*

Thebaice ⲉⲛⲉ praefigitur praesenti ⲉⲓ, Memphitice praeterito ⲁⲓ. Exemplum secundae pers. fem. habemus Thebaice ⲉⲛⲉⲣⲉⲥⲟⲟⲩⲛ ⲡⲉ *Iòh.* IV. 10, Memphitice ⲉⲛⲁⲣⲉⲉⲙⲓ ⲡⲉ *Ioh.* IV. 10. *Luc.* XIX. 42 *si scires*, vel *scivisses.* Additur enim quandoque ⲡⲉ, ut luculentior appareat vis imperfecti, nec vertas *si scias*; ita ⲉⲛⲁⲣⲉⲧⲉⲛⲛⲁϩϯ ⲡⲉ *si crederetis Ioh.* V. 46. In tertia pers. Memphitice scribitur ⲉⲛⲁⲣⲉ ⲡⲓⲛⲉⲃⲏⲓ ⲉⲙⲓ *si paterfamilias sciret Matth.* XXIV. 43, vide *Hebr.* VIII. 7.

Saepe tamen Memphitice adhibetur solitaria particula ⲉⲛⲉ, sequente praeterito, uti ⲉⲛⲉ ϧⲉⲛ ⲥⲟⲇⲟⲙⲁ ⲁⲩϣⲱⲡⲓ *si in Sodoma fuissent Matth.* XI. 23, ⲉⲛⲉ ⲁⲩϯ ⲛⲟⲙⲟⲥ ⲡⲉ *si dederunt legem Gal.* III. 21, ⲉⲛⲉ ⲁ ⲛⲁⲓ ϫⲟⲙ ϣⲱⲡⲓ *si istae virtutes factae fuissent Matth.* XI. 21.

In allatis locis ⲉⲛⲉ propositionem negat, ac phrasis in negantem propositionem converti poterat; sic ⲉⲛⲁⲣⲉⲧⲉⲛⲉⲙⲓ ... ⲛⲁⲣⲉⲧⲉⲛⲛⲁϯϩⲁⲡ ⲁⲛ ⲡⲉ *si sciretis ... non iudicaretis*, scilicet *nescitis*, *ideo iudicatis Matth.* XII. 7, ⲉⲛⲉ ⲟⲩⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ ⲡⲉ ⲫⲁⲓ ⲛⲁϥⲛⲁⲉⲙⲓ ϫⲉ ⲟⲩ ⲡⲉ *si propheta esset iste utique sciret quaenam haec est*, nempe *hic non est propheta*, *ideo nescit Luc.* VII. 39. Nam propositio negans transit in affirmativam, quia duplex negatio affirmat, sic ⲉⲛⲉ ⲟⲩⲉⲃⲟⲗ ⲁⲛ ϩⲙ̄ ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲡⲉ ⲡⲁⲓ ⲛⲉϥⲛⲁϣⲣ̄ ⲗⲁⲁⲩ ⲛ̄ϩⲱⲃ ⲁⲛ ⲡⲉ *si ex Deo non erat iste*, *non erat facturus aliquod opus*, seu *hic erat ex Deo*, *ideo fecit opus Iòh.* IX. 33. Vide in utroque textu *Matth.* XI. 21. 23. XII. 7. XXIII. 30. XXIV. 43. *Ioh.* IV. 10. V. 46. VIII. 19. 39. 42. IX. 41. XI. 21. 32. XV. 19. XVIII. 36. Quid plura? Christianus Wahl in *Clavi N. Testamenti philologica* ad vocem *εἰ* hanc negativam significationem recensens loca supra centum citat; eadem ego contuli in Copticis textibus, ac perpetuo, si tria vel quatuor loca excipias, usurpatam vidi particulam negantem ⲉⲛⲉ. Dixi nonnulla loca esse excipienda, nam pro ⲓⲥϫⲉ *Ioh.* XIV. 7. *Gal.* I.

10. *Hebr.* VIII. 4 aliquis fortasse mallet ⲉⲛⲉ. Sed quoties inter voces, ut aiunt, synonymas acuta intercedit distinctio, facile contingere potest aliquot in locis, ut dubium oriri possit utra earum praeferenda sit.

Solus Basmuricus locus est *Hebr.* VII. 11 ubi legitur ⲛⲉⲧⲉⲛⲟⲩϫⲱⲕⲗⲉϣⲁⲁⲛ, emenda et divide ⲉⲛⲉⲧⲛ (pro ⲉⲛⲉ ⲟⲩⲛ) ⲟⲩϫⲱⲕ ⲇⲉ ϣⲁⲁⲛ *si autem perfectio foret.*

XIX. *Tempus Compositum cum Particula* ϣⲁⲛ si.

Qui ait *si quis mandata servaverit salvus erit* meram hypothesim fingit nihil sollicitus, utrum ille mandata servaturus sit, necne, tantum affirmat quid inde sequetur. At qui dicit *si rem amissam invenero, gaudebo* non solum fingit hypothesim, sed praeterea innuit vel propositum, vel desiderium perquirendi rem amissam, nihil tamen affirmans de sua spe inveniendi, tum gaudium declarat quando eam invenerit. Quare alterum *si* ab altero distinguitur, licet maxima affinitas inter utrumque intercedat; primum est ⲉϣⲱⲡ, alterum ϣⲁⲛ. Porro constat ϣⲁⲛ esse quoque particulam dubitantis *utrum, an*; hinc ϣⲁⲛ *si* dubium notat, quod animum loquentis afficit, ac reddi potest *si*, *quando*, vel *si quando*, quod tamen incertum est.

Ex dictis sequitur verbum vel futuro tempore reddendum esse ⲉⲣϣⲁⲛ ⲟⲩⲁ ⲃⲱⲕ ⲉϩⲟⲩⲛ *si quis introierit Ioh.* X. 19, vel praesenti ita ut actio mox sit complenda ⲉⲓϣⲁⲛⲕⲣⲓⲛⲉ *si ego iudico*, vel *mox iudicavero Ioh.* V. 16. Raro enim contingit verbum praeterito tempore convertendum esse, uti ⲉⲓϣⲁⲛϣⲁϫⲉ (M. ⲉϣⲱⲡ ⲁⲓϣⲁⲛⲥⲁϫⲓ) ⲛ̄ⲙⲙⲁⲩ ϣⲁⲩϯ ⲟⲩⲃⲏⲓ *quando loquebar illis impugnabant me Psal.* CXIX. 28, quod ex apodosi intelligitur, in qua adest praeteritum, et ϣⲁⲛ reddi debet *quando*. Nam de

praeterito tempore, utpote nobis comperto, nisi improprie usurpatur particula dubitans ϣⲁⲛ.

Mulier quae sanguinis fluxum patiebatur aiebat: ⲁⲓϣⲁⲛϭⲓ *si tetigero* (quod maxime cupio) *fimbriam vestis Christi, salva ero Matth.* IX. 21 — *Quid prodest homini* ⲁϥϣⲁⲛϫⲉⲙϩⲛⲟⲩ *si lucratus fuerit* (quod maxime cupit) *universum orbem? Matth.* XVI. 26 — *Pastor* ⲁϲϣⲁⲛϣⲱⲡⲓ *si contigerit* (quod sollicite vult) *ut inveniat ovem amissam Matth.* XVIII. 13 — *Ego* ⲁⲓϣⲁⲛϭⲓⲥⲓ *si exaltatus fuero* (quod mihi propositum est) *a terra Ioh.* XII. 32 — *Domine* ⲉⲕϣⲁⲛⲟⲩⲱϣ *si vis* (cupio te velle) *potes me mundare Matth.* VIII. 2.

Recte etiam hisce in locis interpretari potuissem *quando*, vel *si quando*, *si umquam*; quare saepe, maxime Memphitice, scribitur ⲉϣⲱⲡ ϣⲁⲛ, ita ut ⲉϣⲱⲡ hypothesim notet, ϣⲁⲛ vero tempus, uti ⲉϣⲱⲡⲉ ⲉⲣϣⲁⲛ (M. ⲉϣⲱⲡ ⲁⲣⲉϣⲁⲛ) ⲡⲉⲕⲥⲟⲛ ⲣ̅ⲛⲟⲃⲉ *si quando frater tuus peccet Matth.* XVIII. 15; paullo infra v. 21 uterque non bene ⲉⲣϣⲁⲛ (M. ⲁⲣⲉϣⲁⲛ) ⲡⲁⲥⲟⲛ ⲣ̅ⲛⲟⲃⲉ *si frater meus peccet.* Vide *Matth.* XXIV. 26. 48. *Ioh.* VIII. 54 (ubi uterque textus habet ⲉϣⲱⲡ ϣⲁⲛ), *Matth.* XXI. 25. 26. *Ioh.* V. 31. VIII. 55. XI. 48, ubi Thebanus solum habet ϣⲁⲛ, et Memphiticus ⲉϣⲱⲡ ϣⲁⲛ, quod Memphitis praesertim arridet.

Quod si unice tempus significare velimus, fere demta omni dubitatione, scribendum erit ϩⲟⲧⲁⲛ ϣⲁⲛ *quando*, uti T. ϩⲟⲧⲁⲛ ⲉⲧⲉⲧⲛ̅ϣⲁⲛⲛⲁⲩ, et M. ϩⲟⲧⲁⲛ ⲁⲣⲉⲧⲉⲛϣⲁⲛⲛⲁⲩ *quando videritis Luc.* XIII. 28, vide *Matth.* XXIV. 33. *Marc.* XIV. 25. *Luc.* XII. 11. *Act.* XXIII. 35. Sunt tamen loca, in quibus alter interpres habet ⲉϣⲱⲡ ϣⲁⲛ, alter ϩⲟⲧⲁⲛ ϣⲁⲛ, uti *Matth.* IX. 15. Tum quandoque Memphiticus scribit ⲉϣⲱⲡ ϣⲁⲛ *quando* de re, quae certo continget, confer *Act.* I. 8. Fateor enim ⲉϣⲱⲡ pro ϣⲁⲛ, et vicissim, usurpatum fuisse, atque utramque signifi-

cationem confusam, donec Memphitae utramque particulam coniungentes scripserunt ϵϣⲱⲡ ϣⲁⲛ.

Exemplum secundae pers. fem. habes *Ming.* 64 ϵⲣϣⲁⲛϫⲟⲟⲥ *si tu dices* T. et ⲁⲣϵϣⲁⲛⲛⲁϩϯ M. *si tu credideris Ioh.* xi. 40.

Basmurici saepius cum Thebanis consentiunt, vidi enim ϵⲓϣⲁⲛ, ϵⲕϣⲁⲛ, ϵϥϣⲁⲛ, ϵⲥϣⲁⲛ, ϵⲣϣⲁⲛ, ϵⲛϣⲁⲛ, ϵⲧϵⲧϵⲛϣⲁⲛ, ϵⲩϣⲁⲛ, at vidi etiam Memphitica ⲁϥϣⲁⲛ, ⲁⲗϵϣⲁⲛ, ⲁⲧϵⲧϵⲛϣⲁⲛ, ⲁⲩϣⲁⲛ.

Imperativus.

Ipsa radix pro imperativo usurpatur, sic ⲃⲱⲕ *ito, ite,* ⲥⲙⲟⲩ *lauda, laudate,* ⲥⲱⲧⲙ *audi, audite,* et sic plerique imperativi.

Nonnulla tamen verba habent peculiarem formam imperativi.

1.° Sunt quae praefigant ⲁ radici, sic

ⲁⲛⲁⲩ *vide, videte Luc.* xxiv. 39. *Ioh.* i. 47 a ⲛⲁⲩ *videre.*

ⲁⲙⲟⲓ *utinam* (vide Lexicon meum p. 90), quod a ⲙⲟⲓ *dare* proprie esset *da, cedo.*

ⲁϫⲟⲥ M. ⲁϫⲓⲥ T. *dic, dicite* passim, a ϫⲱ *dicere* cum suffixo ⲥ tertiae pers. fem. Atque ita distinguitur a ϫⲱ *canta, cantate Psal.* cxlix. 1. In usu etiam est ϫⲟⲟⲥ *dicite Marc.* xi. 3.

ⲁϫⲱϩⲙ *esto immunda Ierem.* ⲃ. 22 in *Z.* 511 a ϫⲱϩⲙ.

ⲁⲗⲟⲕ *desine,* ⲁⲗⲱⲧⲛ *desinite* a ⲗⲟ *continere* cum suffixo reciproco personae, vide meum Lexicon p. 78.

ⲁⲟⲩⲱⲛ *aperi, aperite Luc.* xxiii. 25. *Marc.* vii. 34 ab ⲟⲩⲱⲛ, sed in usu etiam est ⲁⲟⲩⲱⲛ *aperire.*

ⲁⲙⲟⲩ *veni* (vide Lexicon meum p. 5) ab inusitato ⲙⲟⲩ *venire.*

ⲁⲗⲓ *tolle, tollite* ab ϵⲗ *tollere,* contractum ex ⲁϵⲗⲓ vide meum Lexicon p. 33.

ⲁⲛⲓ *duc*, *ducite* ab ⲉⲛ *ducere*, contractum ex ⲁⲉⲛⲓ vide Lexicon p. 8.

ⲁⲣⲓ *fac*, *facite* ab ⲉⲣ *facere*, contractum ex ⲁⲉⲣⲓ vide Lexicon p. 10.

Haec sola verba novi, quae praefigant ⲁ. Eiusmodi vero ⲁ credo ortum ex particula hortantis ⲁⲩ *eia*, *cedo*, quae apud *Màtth.* XVIII. 28 (*Ming.* 7) respondet graeco ἀπόδος *redde*, et *Iòh.* XX. 27 legitur pro graeco φέρε *fer.* Integra particula ⲁⲩ adhuc superest in ⲁⲩⲟⲩⲁϩ *appone* *Psal.* LXVIII. 28 pro ⲁⲩ ⲟⲩⲁϩ *eia appone*; atque in ⲁⲩⲟⲩⲱⲛ *aperite Psal.* CXVII. 19 pro ⲁⲩ ⲟⲩⲱⲛ *eia aperite.*

Dixi ⲁⲣⲓ esse imperativum verbi ⲣ̄, seu ⲉⲣ, quare verba ex ⲣ̄ composita habent item imperativos ⲁⲣⲓ, sic Thebaica ⲁⲣⲓⲙ̄ⲛ̄ⲧⲣⲉ *testare Iòh.* XVIII. 23, ⲁⲣⲓⲡⲙⲉⲉⲩⲉ *recordare, recordamini Lùc.* XXIV. 6 et passim, ⲁⲣⲓⲡⲁϩⲣⲉ *sanate Màtth.* X. 8, ⲁⲣⲓϩⲟⲧⲉ *time Sir.* VII. 29. 31. sunt imperativa verborum ⲣ̄ⲙ̄ⲛ̄ⲧⲣⲉ, ⲣ̄ⲡⲙⲉⲉⲩⲉ, ⲣ̄ⲡⲁϩⲣⲉ, ⲣ̄ϩⲟⲧⲉ. Legi tamen ⲣ̄ⲃ̄ⲣ̄ⲣⲉ *renovamini Eph.* IV. 23. Hinc cum *Sophon.* III. 4 occurrat imperat. ⲉⲣⲟⲩⲟⲩ, statuendum est verbum ⲉⲣⲟⲩⲟⲩ non constare ex ⲉⲣ et ⲟⲩⲟⲩ, vide Additamenta ad meum Lexicon. Plane irregulare est ⲁⲣⲣ̄ϩⲟⲧⲉ *timete Lùc.* XII. 5, illudque recte comparaveris cum ⲁⲣⲓⲣⲉ *fac Màtth.* III. 8. *Z.* 514 ~~in~~ quo habes imperativum ⲁⲣⲓ praefixum verbo ⲣⲉ *facere.*

Memphitica exempla ⲁⲣⲓⲫⲁϧⲣⲓ *sanate* ab ⲉⲣⲫⲁϧⲣⲓ, ⲁⲣⲓϩⲟϯ *time*, *timete* ab ⲉⲣϩⲟϯ etc. passim occurrunt. Imo Memphitae praeterea scribunt ⲁⲣⲓⲉⲙⲓ *scito*, *scitote*, quasi verbum esset ⲉⲣⲉⲙⲓ; legi tamen ⲉⲙⲓ *scito Psal.* CXXXVIII. 23. At Thebani solum usurpant ⲉⲓⲙⲉ *scito*, *scitote Màrc.* XIII. 29. *Lùc.* XII. 39.

2.° Altera peculiaris forma imperativi est ⲙⲁ, quod est imperativum verbi ϯ *dare*, sic

ⲙⲁ ⲡⲁⲓ ⲉⲣϣⲓϣⲓ ⲛⲏⲓ *da hanc potestatem mihi Act.* VIII. 19.

ⲙⲁ ⲛⲁⲓ ⲙ̄ⲡⲉⲓ ⲙⲟⲟⲩ *da mihi hanc aquam Iòh.* IV. 15. Vide *Lùc. Luc.* IX. 13. XI. 4. XV. 12. Hoc vero inter Thebanos et Memphitas interest discrimen, quod isti semper usurpant in imperativo formam ⲙⲁ *da, date*; Thebani vero quandoque etiam adhibent infinitum ϯ, sic ϯ ⲉⲃⲟⲗ *vendite Lùc.* XII. 33, ϯ ⲛ̄ⲛⲁⲡⲣ̄ⲣⲟ *date quae sunt regis Màtth.* XXII. 21; et *Ròm.* XIII. 7 alii codices habent ⲙⲁⲓ alii ϯ.

Hinc omnia verba composita cum ϯ habent imperativum ⲙⲁ, sic ⲙⲁϩⲁⲡ *iudica*, ⲙⲁⲧⲟⲧ *adiuva*, ⲙⲁⲓϥⲧ *confige*, ⲙⲁϩⲑⲏⲕ *attende* etc. sunt imperativi verborum ϯϩⲁⲡ, ϯⲧⲟⲧ, ϯⲓϥⲧ, ϯϩⲏⲧ, et sic apud Memphitas omnia verba, quae cum ϯ componuntur.

Thebani vero utramque formam adhibent, sic ϯⲥⲃⲱ *doce* I. *Tìm.* VI. 2, ⲙⲁⲧⲥⲁⲃⲉ *Sir.* X. 28. ϯϩⲧⲏⲕ *attende Sir.* XIII. 8. 13, ⲙⲁϯϩⲧⲏⲕ *Sir.* XII. 11. Tum occurrunt ϯⲙⲡⲉⲕⲟⲩⲟⲓ *accede Àct.* VIII. 29, ϯⲉⲟⲟⲩ *honora, da gloriam Iòh.* IX. 24. XIII. 27 etc.

Idem etiam dicendum de verbis compositis cum ⲧ pro ϯ, uti ⲧⲥⲁⲃⲟ *docere* (a ⲧ et ⲥⲃⲱ *dare doctrinam*), ⲧⲟⲩϫⲟ *salvare* (a ⲧ et ⲟⲩϫⲁⲓ *dare salutem*), ⲧⲟⲩⲃⲟ *mundare* (a ⲧ et ⲟⲩⲁⲃ *dare puritatem*) etc., nisi quod ista praemittendo ⲙⲁ retinent tamen ⲧ, hinc sunt imperativi ⲙⲁⲧⲥⲁⲃⲟ, ⲙⲁⲧⲟⲩϫⲟ, ⲙⲁⲧⲟⲩⲃⲟ, quibus adde Memphiticos imperativos ⲙⲁⲧⲁϩⲟ, ⲙⲁⲧⲁⲥⲑⲟ, ⲙⲁⲧⲟⲩⲛⲟⲥ, ⲙⲁⲧⲁⲕⲧⲟ, ⲙⲁⲧⲁϫⲣⲟ, ⲙⲁⲑⲁⲙⲓⲉ, ⲙⲁⲑⲙⲁⲓⲉ, ⲙⲁϥⲧⲁⲙⲟ, ⲙⲁⲑⲟⲩⲱⲧ, ⲙⲁⲧⲁⲧⲟ, ⲙⲁⲧⲁⲛϭⲟ, ⲙⲁⲑⲟⲩⲉⲧ. Hinc certum habemus criterium, quo dignoscamus verba, quae incipiunt a ⲑ, vel ⲧ positis pro ϯ *dare*. Quare cum *Psal.* VI. 2 legatur ⲙⲁⲧⲁⲗϭⲟ *sana*, dicendum est verbum ⲧⲁⲗϭⲟ constare ex ⲧ *dare*, et ⲗⲱϫ, quod Thebaice esset ⲗⲱϭ, *convalescere*, ut sit *dare convalescentiam*. Unicum verbum, quod equidem sciam, ab hac regula abscedens est ϣⲉ *ire*, cuius imperativus est ⲙⲁϣⲉ, quin uspiam

invenerim formam ϯϣⲉ, aut ϯϣⲉ. Legitur etiam *Ioël* I. 14. *Amos* III. 9 ⲑⲱⲟⲩϯ *congregate*, quod rectius scriberetur ⲙⲁⲑⲱⲟⲩϯ.

Thebani etiam hisce in compositis utramque adhibent formam, hinc

ⲧⲁⲙⲉ *nuntiate* *Àct.* XII. 17, ⲙⲁⲧⲁⲙⲟⲓ *nuntiate mihi* *Màtth.* II. 8.

ⲧⲁⲙⲓⲟ *construe* *Àct.* VII. 40, ⲙⲁⲧⲁⲙⲓⲟ *Lùc.* XII. 33.

ⲧ̄ⲃⲃⲟ *esto purus*, *purificate* *Màtth.* VIII. 3, ⲙⲁⲧ̄ⲃⲃⲟ *sanctifica* *Iòh.* XVII. 17.

Tum ⲑ̄ⲃⲃⲓⲟ *humilia* *Sir.* XVIII. 21, ⲧⲁⲛϩⲉⲧ *crede* *Sir.* XXXV. 22, et contra ⲙⲁⲧⲟⲩϫⲟ *libera* *Lùc.* XXIII. 37. 39, ⲙⲁⲧⲟⲩⲟ *ostendite* *Màtth.* XXII. 19, ⲙⲁⲧⲁⲛϩⲟ *salva* *Màtth.* VIII. 25, ⲙⲁⲧⲁⲓⲉ *honora* *Sap.* 306, ⲙⲁⲧⲥⲁⲃⲉ *doce* *Sir.* X. 28, ⲙⲁⲧⲁϫⲣⲉ *confirma* *Sir.* XXIX. 3, ⲙⲁⲧ̄ⲙ̄ⲙⲟⲓ *ciba me* *Sir.* XXIX. 26, ⲙⲁⲧⲟⲩⲛⲉⲥ *excita* *Sir.* XXXIII. 7, ⲙⲁⲧⲁϣⲟ *multiplicate* *Sir.* XLIII. 30. Praeterea Thebani dicunt etiam ⲙⲁⲧ̄ⲛ̄ⲛⲁⲩ *mitte* *Lùc.* XVI. 24, ⲙⲁⲧ̄ⲛ̄ⲛⲟⲟⲩ *mitte* *Sap.* 463, quod verbum probabile fit compositum esse cum ⲧ *dare*. Sed offendi ⲙⲁϫⲛⲟⲩϥ *interrogate eum* *Màrc.* IX. 23, ⲙⲁϫⲛⲉ *interroga* *Iòh.* XVIII. 21, ⲙⲁϫⲟⲟⲩ *mitte* *Àct.* X. 5. 32. XI. 13, ⲙⲁϫⲟⲟⲩⲛ *mitte nos* *Màtth.* VIII. 31, quin uspiam invenerim verba ϫⲛⲉ, ϫⲟⲟⲩ composita cum ϯ, vel ⲧ.

In Verbum ⲧⲣⲉ, ⲑⲣⲉ

Excursus.

Cum Infinitum nequeat recte intelligi, nisi perspectum sit verbum ⲧⲣⲉ, iuvat ab ordine temporum digredi, ut hoc verbum illustrem.

Anomalum T. B. ⲧⲣⲉ, et M. ⲑⲣⲉ notat *facere*, *efficere ut*, et quandoque *iubere*. Adsciscit praeformantes

temporum, tum suffixa personarum. Praeformantes notant personas efficientes ut aliquid fiat; suffixa innuunt personas, quae opus exequuntur. En eius formam cum suffixis.

		Thebaice		Memphitice	
Pers. 1		τρⲁ		ⲑⲣⲓ	
2	m.	τρεκ		ⲑⲣεκ	
	f.	τρε		ⲑⲣε	
3	m.	τρεϥ	τρε	ⲑⲣεϥ	ⲑⲣε
	f.	τρεc		ⲑⲣεc	
Plur. 1		τρεⲛ		ⲑⲣεⲛ	
2		τρετετⲛ̄, τρετⲛ̄		ⲑⲣετετεⲛ, ⲑⲣετεⲛ	
3		τρετ, τρε		ⲑⲣⲟⲩ, ⲑⲣε	

Forma τρετετⲛ̄ legitur *Lùc.* xxii. 40. *Ephè.* iv. 17, alia τρετⲛ̄ occurrit *Ròm.* vi. 12. I. *Còr.* x. 1. II. *Còr.* vi. 1.

Basmurici cum Thebanis consentiunt, nam scribunt τρⲁ I. *Cor.* ix. 15. *Hebr.* x. 9. At in tertia pers. plur. legi τροτ *Q.* 244. Cave autem, ne cum Rosellinio credas Basmuricos scribere τλε; equidem nuspiam vidi τλε, sed semper τρε.

Cum praeformantibus perfecti, ⲁϥⲑⲣⲓϩⲉⲙⲥⲓ *fecit ut sederem, me sedere fecit Z.* 130, ⲁϥτρⲁⲟⲩⲱϩ *fecit me habitare Sir.* xxiv. 11, ⲁⲩτρε ⲡϫⲟⲓ ⲁcⲁⲓ *effecerunt ut navis levis fieret, alleviarunt navem Àct.* xxvii. 38, ⲁτετεⲛⲑⲣⲓϫⲱⲛτ *effecistis ut irascerer, ad iram me provocastis Num.* xx. 24.

Cum praeformantibus praesentis indefiniti, ϣⲁϥτρεⲩⲙⲉⲣⲓτϥ *efficit ut ament eum Sir.* xx. 13, ϣⲁcτρε ⲛεκϫⲁϫε ⲣⲁϣε *ipsa efficit ut inimici tui laetentur Sir.* xviii. 31.

Cum praef. imperfecti indefiniti, ⲛεϣⲁϥτρε ⲡⲣⲱⲙε ⲟⲩεⲗⲟⲩεⲗε *efficiebat ut homo ularet Pap.* v. 56.

Cum praef. futuri, ϯⲛⲁτρετετⲛ̄ⲣ̄ⲡⲙεεⲩε *efficiam ut vos reminiscamini, commemorabo vobis* III. *Iòh.* i. 10, εⲓεⲑⲣετεⲛⲁϣⲁⲓ *efficiam ut multiplicemini Levit.* xxvi. 9.

Cum praef. temporis subiunctivi, ⲛ̄ϥⲧⲣⲉⲩⲛⲟϫⲟⲩ *faciet illos discumbere Luc.* xii. 37, ⲛ̄ⲧⲁⲑⲣⲟⲩϯ ⲛⲁⲕ ⲙ̄ⲡⲓϭⲣⲟ *efficiam ut dent tibi victoriam Z.* 61.

Infinitum.

Est ipsa radix, uti ⲙ̄ⲡⲟⲩⲟⲩⲉϣ ⲥⲱⲧⲙ̄ *noluerunt audire Isai.* xxviii. 12 (apud Scholz *Gramm.* p. 99). Raro tamen solitarium legitur, ne confundatur cum imperativo. Saepius praefixas habet praeformantes, pro vario usu infiniti.

1.° Quando est subiectum propositionis habet articulum masculinum ⲡ, sic ⲡⲥⲟⲩⲱⲛ̄ⲕ τὸ ἐπίστασθαί σε *Sap.* 793, ⲡϫⲓⲥⲉ ⲙ̄ⲙⲟⲓ τὸ ὑψοῦν με *Z.* 304. Et cum ⲉ praefixo, ⲉⲡⲕⲟⲟⲥⲧ πρὸς τὸ ἐνταφιάσαι με *ad sepeliendum me Matth.* xxvi. 12, quod *Marc.* xiv. 8 scribitur ⲉⲡⲕⲟⲥⲧ.

At Memphitae numquam articulum ⲡ infinito praeponunt, nisi interiecta particula ϫⲓⲛ, quae notat *actionem.* Quare pro Thebano ⲉⲡⲕⲟⲟⲥⲧ mox laudato, Memphiticus textus utroque in loco scribit ⲉⲡϫⲓⲛⲕⲟⲥⲧ.

2.° Quando est complementum verbi praecedentis assumit particulas, sic ⲉ,

coeperunt ⲉⲥⲁϫⲓ *loqui Act.* ii. 4.

volens ⲉϭⲓ *accipere Act.* iii. 3.

iudicavit ⲉⲭⲁϥ ⲉⲃⲟⲗ *dimittere illum Act.* iii. 13.

non possumus ⲉϫⲱⲗ *negare Act.* iv. 16.

fecisti idola ⲉⲟⲩⲱϣⲧ ⲙ̄ⲙⲱⲟⲩ *ad adorandum ea Act.* vii. 43, et sic passim.

Sunt tamen nonnulla verba, quae malunt ⲛ, sic ⲁϥⲉⲣϩⲏⲧⲥ ⲛ̄ϩⲓⲱⲓϣ *coepit praedicare Matth.* iv. 1. vide xi. 7. 20. xii. 1. xiv. 30. xvi. 22. xviii. 24. xxiv. 49. xxvi. 37. *Marc* xv. 8. Tamen sequente ⲉ occurrit *Matth.* xvi. 21.

ⲁⲩⲁⲣⲭⲉⲓ ⲛ̄ϣⲁϫⲉ *coeperunt loqui Act.* ii. 4. vide *Matth.* xvi. 22. xviii. 24. xxvi. 37. *Marc.* xv. 8.

ⲁϥϩⲓⲧⲟⲩϥ ⲛ̄ⲁⲓⲧⲟⲩ *coepit facere ea Act.* I. I.

Hisce verbis *incipiendi* adde ϣϫⲉⲙϫⲟⲙ *posse Matth.* VIII. 28. XVII. 16. 19 *Act.* VI. 10; sed sequente ⲉ legitur *Act.* XXI. 34, non secus ac ϣϫⲟⲙ *Matth.* V. 36. IX. 28 — Tum ⲥϣⲉ *decet Matth.* XII. 2. 10. 12 — ⲥⲉⲙⲡϣⲁ *dignum est Act.* V. 29. Alia praetermitto, quae recensere longum esset, tum supervacaneum, nulla enim certa theoria constitui potest.

Quodsi verbum regens construi soleat cum ⲛ̄ⲥⲁ, ab eadem particula regitur etiam infinitum, uti

ⲁϥϣⲓⲛⲉ ⲛ̄ⲥⲁ ⲥⲱⲧⲉⲙ *quaesivit audire Act.* XIII. 7.

ⲉⲩⲕⲱϯ ⲛ̄ⲥⲁ ⲥⲁϫⲓ *quaerentes loqui Matth.* XII. 46.

3.° In exemplis hucusque allatis subiectum verbi atque infiniti idem erat; nam in

ⲫⲏⲉⲑⲟⲩⲱϣ ⲉϭⲓ ⲛ̄ⲧⲟⲧⲕ *qui vult accipere a te Matth.* V. 42.

ⲛⲉⲧⲁⲓⲓ ⲁⲛ ⲉⲑⲁϩⲉⲙ *non veni vocare Matth.* IX. 13.

eadem est persona quae vult et accipit, quae venit et vocat. Quid vero si subiectum infiniti differat ab illo verbi? Aio, vel post verbum sequitur aliquod complementum, quod enunciet subiectum infiniti, vel non.

Si primum, infinitum regitur a sola praeformante ⲉ, sic

ⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟϥ ⲉⲥⲙⲟⲩ *misit eum benedicere Act.* III. 26.

praeceperunt ⲛⲱⲟⲩ ⲉϣⲧⲉⲙⲉⲣⲟⲩⲱ *illis non loqui Act.* IV. 18.

quid prohibet ⲙ̀ⲙⲟⲓ ⲉϭⲓⲱⲙⲥ *me accipere baptisma? Act.* VIII. 36.

praeceperat Deus loquens cum Moyse ⲉⲑⲁⲙⲓⲟⲥ *facere illud*, nempe *ut Moyses faceret Act.* VII. 44.

ubi varia pronomina, et *Möyses* complementa verborum praecedentium sunt subiecta sequentium infinitorum.

Si secundum, scilicet si subiectum infiniti diversum a subiecto verbi regentis nulla ratione enuncietur veluti

eius complementum, patet omnino praemittendum esse infinito. Nam qui scribit ϯⲟⲩⲱϣ ⲉϧⲟⲑⲉⲃ *volo interficere* innuit se velle propria manu iugulare aliquem; sin aliena manu, puta Pauli, necem inferre velit, necessario declarare debet subiectum infiniti scribens *volo quod Paulus occidat.* Hac in specie Copti adhibent Thebaice ⲉⲧⲣⲉ, Memphitice ⲉⲑⲣⲉ, cui subiungitur subiectum, ac scribunt ϯⲟⲩⲱϣ ⲉⲑⲣⲉ ⲡⲁⲩⲗⲟⲥ ϧⲟⲑⲉⲃ *volo ut Paulus interficiat*; atque ita ⲉⲑⲣⲉ respondet latino sequioris aetatis *quod*, nempe *volo quod Paulus occidat.* Verbum ⲧⲣⲉ, quod paullo supra illustravi, notat *efficere*, quare ⲉⲧⲣⲉ etymologice est *ad efficiendum*, sed in proposita specie ne cogitandum quidem est de etymo, sed ⲉⲧⲣⲉ est particula scholasticae latinitatis *quod.*

Cum personarum suffixis habemus

			Thebaice		Memphitice	
Pers.	1		ⲉⲧⲣⲁ		ⲉⲑⲣⲓ	
	2	m.	ⲉⲧⲣⲉⲕ		ⲉⲑⲣⲉⲕ	
		f.	ⲉⲧⲣⲉ		ⲉⲑⲣⲉ	
	3	m.	ⲉⲧⲣⲉϥ	ⲉⲧⲣⲉ	ⲉⲑⲣⲉϥ	ⲉⲑⲣⲉ
		f.	ⲉⲧⲣⲉⲥ		ⲉⲑⲣⲉⲥ	
Plur.	1		ⲉⲧⲣⲉⲛ		ⲉⲑⲣⲉⲛ	
	2		ⲉⲧⲣⲉⲧⲉⲧⲛ̄, ⲉⲧⲣⲉⲧⲛ̄		ⲉⲑⲣⲉⲧⲉⲧⲉⲛ, ⲉⲑⲣⲉⲧⲉⲛ	
	3		ⲉⲧⲣⲉⲩ, ⲉⲧⲣⲉ		ⲉⲑⲣⲟⲩ, ⲉⲑⲣⲉ.	

Basmuricum vidi ⲉⲧⲣⲉⲧⲉⲧⲉⲛ *Z.* 152.

Exempla rem declarabunt; sic

ϩⲁⲡⲥ ⲉⲧⲣⲉ ϩⲏⲗⲓⲁⲥ ⲉⲓ *oportet quod Elias veniat Màtth.* XVII. 10.

ⲥⲙⲟⲕϩ ⲉⲧⲣⲉ ⲡ̄ⲣⲙ̄ⲙⲁⲟ ⲃⲱⲕ ⲉϩⲟⲩⲛ *difficile est quod dives ingrediatur Màtth.* XIX. 23.

ⲕⲟⲩⲱϣ ⲉⲧⲣⲉⲛⲧⲁⲙⲓⲟ *vis quod faciamus Màtth.* XVII. 4.

ⲁⲥϣⲱⲡⲉ ⲉⲧⲣⲉⲩⲥⲱⲟⲩϩ ⲛ̄ϭⲓ ⲛⲉⲩⲁⲣⲭⲱⲛ *contigit quod congregarentur archontes eorum Àct.* IV. 5.

ⲁϥϫⲟⲥ ⲉⲑⲣⲟⲩⲭⲱ ⲛⲛⲁⲓ *dixit quod homines ponerent istos*, seu *dixit istos poni Marc.* VIII. 7.

Nam ita construi solent infinita passiva, quae a verbis reguntur, sic

ⲁⲩⲟⲩⲁϩⲥⲁϩⲛⲓ ⲉⲑⲣⲟⲩϩⲓⲧⲟⲩ *iusserunt eiici illos Act.* IV. 15.

ⲡⲉⲧⲁϥⲓ̀ ⲁⲛ ⲉⲑⲣⲟⲩϣⲉⲙϣⲏⲧϥ *non venerat ministrari Matth.* XX. 28.

ⲁϥⲧⲏⲓϥ ⲉⲑⲣⲟⲩⲁϣϥ *dedit eum crucifigi Matth.* XXVII. 26. ubi affixum plurale ⲟⲩ notat homines, seu res indefinitas, quae sunt subiectum infiniti activi.

Saepe quidem ⲉⲧⲣⲉ, seu ⲉⲑⲣⲉ, in allatis locis reddi potest latine *ut*, cave tamen ne credas ⲉⲧⲣⲉ propric notare ἵνα *ut*. Quemadmodum enim latini scribunt *iubeo te facere*, et *impero ut facias*, ita Copti distinguunt constructionem cum infinito ab illa cum ϫⲉ vel ϫⲉⲕⲁⲥ *ut*. Primam amant Thebani, alteram Memphitae, sic

T. ⲉⲧⲉⲧⲛ̄ⲟⲩⲉϣ ⲉⲧⲣⲁⲕⲁ ⲉⲃⲟⲗ *vultis me dimittere*, ubi Memphiticus ⲛ̀ⲧⲁⲭⲱ *ut dimittam Matth.* XXVII. 17. *Marc.* XV. 9 — T. ϩⲟⲛ̄ⲥ ⲉⲧⲣⲁⲣ̄ *oportet me esse*, M. ϩⲱϯ ⲛ̀ⲧⲁⲣ *oportet ut sim Luc.* XIII. 33.

Sic in locis *Matth.* XXVI. 35. *Marc.* IX. 15. XV. 9. 15. *Luc.* IV. 10. VIII. 38. *Act.* XIX. 21. 36 textus Thebanus adhibet infinitum ⲉⲧⲣⲉ, et Memphiticus tempus subiunctivum ⲛⲧⲁ *ut*.

Canonem hucusque constitui, quo discernamus quando ⲉ, vel ⲉⲧⲣⲉ adhibendum sit; nemo tamen miretur aliquot esse exempla, quae a norma abscedunt. Sic

ⲙ̄ⲡⲣ̄ⲕⲱⲗⲩ ⲙ̄ⲙⲟⲟⲩ ⲉⲧⲣⲉⲩⲉⲓ ϣⲁⲣⲟⲓ *nolite impedire eos venire ad me Matth.* XIX. 4, ubi Memphiticus recte ⲙⲡⲉⲣⲧⲁϩⲛⲟ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ ⲉ̀ⲓ ϩⲁⲣⲟⲓ.

Matth. XXVI. 17 *ubi vis nos parare pascha?* Thebanus recte ⲉⲧⲣⲉⲛⲥⲟⲃⲧⲉ, Memphiticus perperam ⲉⲥⲟⲃⲧⲉ quasi ipse Christus paraturus esset pascha.

Act. XII. 4 *Agrippas tradidit Petrum in manus sexdecim militum* ετρεϒϩαρεϩ εροϥ *ad custodiendum eum*, recte alius codex a Woidio citatus legit ϵϩαρεϩ.

Act. VIII. 37 *Philippus iussit* ετρε πϩαρμα αϩερατϥ *currum stare*; Memphiticus male ετaϩnο ϻπιϩαρμα.

Act. XIX. 31 εϒсоπс ετϻτρεϥϐωκ εϩоϒп *rogantes eum non ingredi*; Memphiticus pleonastice εϒϯϩo εροϥ εϣτεϻθρεϥτнιϥ, nam, posito εροϥ, recte sequi poterat εϣτεϻτнιϥ.

Act. III. 4 *petiistis* εθροϒϫα εϐολ *ipsos dimittere*, Thebanus male εκω εϐολ.

Act. IV. 29 *concede servis tuis* εταϣεοειϣ *annunciare*; Memphiticus male εθροϒсαϫι.

Alia anomala loca afferre possem, quae demonstrant canonem a me constitutum quandoque violatum fuisse, tum Thebanos pressius, quam licentiores Memphitas, regulae institisse. Verum cum his confundenda non sunt illa loca, in quibus infinitum adeo a verbo regente distat, ut facilis pateat errori locus, nisi subiectum infiniti repetatur; sic *Act.* III. 2 *ponebant eum quotidie ad portam templi, quam vocant speciosam*, ετρεϥϣετ ϻπτпα *ut peteret eleemosynam.* Si nulla fuissent interposita vocabula, scribi poterat *ponebant eum* εϣετ.

4.° Paria dic de praepositione ϻпп̄сα T. vel ϻεпεпсα M. *post.* Si infinito praeponendum sit eius subiectum, praepositio adsciscit τρε, vel τρα, τρεκ etc. quando subiectum est pronomen. Sic

T. ϻпп̄сα τρε πεϣτορτ̄ρ λο, M. ϻεпεпсα θρεϥοϒω пϫε πιϣθορτερ μετὰ τὸ παύσασθαι τὸν θόρυβον *Act.* XX. 1. T. ϻпп̄сα τρaϐωκ, M. ϻεпεпсα θριϣε μετὰ τὸ γενέσθαι ἐμέ *Act.* XIX. 21.

Sic ϻпп̄сα τρεϥααс *postquam fecit illud Sir.* XXXV. 18, ϻпп̄сα τρεκϯ παϒ *postquam dederis eis Sir.* XLI. 22.

Vide *Matth.* XXVI. 32. *Marc.* XIV. 28. *Luc.* XXII, 20. *Act.* I. 3. VII. 4.

5.° Superius n. 1.° vidimus infinitum admittere articulum, ac regi a praepositionibus. Quid vero si subiectum infiniti cum eo coniungendum sit? Adhibetur Thebaice ⲛⲧⲣⲉ, et Memphitice ⲡϫⲓⲛⲑⲣⲉ, vel sequente nomine, vel cum suffixis quando subiectum est pronomen. Sic

T. ϩⲙ̅ ⲛⲧⲣⲉ ⲟⲩⲁ ⲟⲩⲁ ⲕⲧⲟϥ *ἐν τῷ ἀποστρέφειν ἕκαστον Act.* III. 26.

T. ϩⲙ̅ ⲛⲧⲣⲉϥϣⲗⲏⲗ, M. ϧⲉⲛ ⲡϫⲓⲛⲑⲣⲉϥⲉⲣⲡⲣⲟⲥⲉⲩⲭⲉⲥⲑⲉ *ἐν τῷ προσεύχεσθαι αὐτὸν Luc.* IX. 29 — T. ϩⲙ̅ ⲛⲧⲣⲉⲩⲕⲁⲧⲏⲅⲟⲣⲉⲓ ⲙ̅ⲙⲟϥ, M. ϧⲉⲛ ⲡϫⲓⲛⲑⲣⲟⲩⲉⲣⲕⲁⲧⲏⲅⲟⲣⲓⲛ ⲉⲣⲟϥ *ἐν τῷ κατηγορεῖσθαι αὐτὸν Matth.* XXVII. 12 — T. ϩⲙ̅ ⲛⲧⲣⲉⲩⲥⲱⲧⲙ̅, M. ϧⲉⲛ ⲡϫⲓⲛⲑⲣⲟⲩⲥⲱⲧⲉⲙ *ἐν τῷ ἀκούειν αὐτοὺς Act.* VIII. 6. Vide *Levit.* XXII. 16. XXIV. 16. *Num.* XIV. 18. *Marc.* IV. 4. *Luc.* VIII. 40. IX. 34. *Act.* II. 1.

6.° Pro Memphitico ⲡϫⲓⲛⲑⲣⲉ est alia forma ⲡϫⲓⲛⲧⲉ, quae constat ex ⲡ articulo, ϫⲓⲛ nota actionis, et ⲛⲧⲉ nota temporis abstracti; quod si subiectum verbi sit pronomen, ⲛⲧⲉ adsciscit suffixa. Sic

ϧⲉⲛ ⲡϫⲓⲛⲧⲉ ⲡϭ̅ⲥ̅ ⲣⲱϧⲧ *ἐν τῷ δοῦναι (κύριον) διαπεπτωκότα Num.* V. 21.

ϧⲉⲛ ⲡϫⲓⲛⲧⲁⲧⲱⲃϩ *ἐν τῷ δέεσθαί με Psal.* LXIII. 1.

ⲉⲡϫⲓⲛⲧⲁϣⲱⲡⲓ *ut essem Levit.* XXVI. 45.

ⲉⲡϫⲓⲛⲧⲟⲩⲥⲱⲧⲉⲙ *πρὸς τὸ πείθεσθαι αὐτοὺς Iac.* III. 3, ubi Thebanus ⲉⲧⲣⲉⲩⲥⲱⲧⲙ̅.

ϧⲉⲛ ⲡϫⲓⲛⲧⲟⲩⲧⲁⲥⲑⲟ *ἐν τῷ ὑποστρέφειν αὐτοὺς Luc.* II. 43. vide *Levit.* XX. 26. XXIII. 22. XXVI. 1. 43. *Num.* XIX. 13. *Luc.* II. 27. *Rom.* I. 20.

Hanc formam Memphiticam raro imitati sunt Thebani sequioris aetatis scribentes ⲡϫⲓⲛⲧⲁⲩⲕⲁⲁϥ ϩⲙ̅ ⲛⲧⲁⲫⲟⲥ *actio qua homines deposuerunt eum in sepulchro, eius depositio in sepulchro Myst. Litter.* p. 10 apud Tattam in Lexico p. 737.

ⲧϭⲓⲛⲧⲁϥϣⲉϭⲧ *actio quà ille (Christus) se transfiguravit, eius transfiguratio* ibid. apud Tattam 775. Quod satis demonstrat Thebaicam dialectum in *Mysterio Litterarum* valde esse corruptam.

Hinc patet duplicem esse usum particulae ϫⲓⲛ. Nam vel nomina substantiva actionis format: vel est particula actionis, quae inter articulum ⲡ inseritur atque infinitum. Quare ⲡϫⲓⲛⲥⲱⲧⲉⲙ Memphiticum esse potest vel nomen, vel infinitum; hoc vero intelligitur aut ex constructione, aut ex affixis. In ⲡϫⲓⲛⲕⲓⲙ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲁϥⲁⲧ *Psal.* xxxvii. 17 genitivus innuit vertendum esse *commotio pedum meorum*. In ⲡϫⲓⲛϫⲉⲣ ⲧⲁⲇⲓⲁⲑⲏⲕⲏ ⲉⲃⲟⲗ *Levit.* xxvi. 44 accusativus monet reddendum esse *τὸ disperdere testamentum meum*. Si affixa more nominum assumuntur, uti ⲡⲉϥϫⲓⲛⲉⲣⲟⲩⲱ *Luc.* ii. 47 erit nomen *responsio eius*; si more verborum, ⲡϫⲓⲛⲕⲟⲥⲧ *τὸ sepelire me Matth.* xxvi 12, erit verbum. Non raro tamen desunt, vel ambigui sunt characteres, quibus iudices, utrum eiusmodi composita sint nomina, an verba.

Participium.

Verba vel habent adiunctas praeformantes personarum, vel iis carent.

Si carent, eorum participia formantur ope pronominis relativi ⲉⲧ *qui, quae*, ita ⲉⲧⲙⲉ *qui amat, amans*, ⲉⲧϣⲁϫⲉ *qui loquitur, loquens.* Cum vero ⲉⲧ utrumque genus et numerum designet, ⲉⲧⲙⲉ notat *amans ille*, vel *illa*, et *amantes illi*, vel *illae*, quod ex praefixo articulo dignoscitur.

Item ante ⲛⲁ characteristicam futuri, T. ⲉⲧⲛⲁⲧⲁⲕⲟ *periturus*, ⲛⲉⲧⲛⲁⲃⲱⲕ ⲉϩⲟⲩⲛ *ingressuri*, ⲧⲉⲧⲛⲁⲙⲓⲥⲉ *paritura*, et M. ⲉⲑⲛⲁⲧⲁⲕⲟ *periturus*, ⲧⲉⲧⲛⲁϣⲱⲡⲓ *mansura*, ⲛⲏⲉⲑⲛⲁϣⲉ *qui ingressuri sunt.*

Quod si verbum adiunctas habeat praeformantes personarum, participium fit ope particulae ⲉ, quae est propria participiorum characteristica.

Hinc praesens ⲉⲓ, ⲉⲕ etc. est etiam participium praesens, uti monui ad tempus II.

Hinc futurum ⲉⲓⲛⲁ, ⲉⲕⲛⲁ est etiam participium futurum, uti dixi ad tempus X.

Ut habeatur participium perfecti, ⲉ praeponitur perfecto ⲁⲓ, ⲁⲕ etc., uti M. ⲉⲁϥϩⲟⲛϩⲉⲛ *παραγγείλας*, ⲉⲁϥϫⲟⲥ *εἰπών*, ⲉⲁⲛϯϩⲁⲡ *κρίναντες ἡμεῖς*, ⲉⲁⲧⲉⲧⲉⲛⲉⲣϩⲏⲧⲥ *ἀρξάμενοι ὑμεῖς*, et T. ⲉⲁⲧⲉⲧⲛ̄ⲣ̄ⲣ̄ⲙ̄ϩⲉ *ἐλευθερωθέντες ὑμεῖς*, ⲉⲁϥⲥϩⲁⲓ *γράψας*, et saepe.

Aliud participium praesens fit praefigendo ⲉ tempori V. ϣⲁⲓ, ϣⲁⲕ etc., hinc ⲉϣⲁϥⲧⲁⲕⲟ *corruptibilis*, seu *corrumpi solitus* I. *Cor*. IX. 25. I. *Petr*. I. 18, ⲉϣⲁⲥϣⲱⲡⲉ *solita fieri Act*. XIX. 39, ⲉϣⲁⲥⲧⲁϣⲉ *solita multiplicare*, *multiplicans Sir*. XXI. 12; scilicet est participium consuetudinis.

Participiale ⲉ praeponitur etiam pronominibus, qui vice funguntur praesentis verbi *esse*, uti ⲉⲁⲛⲅ̄ ϣⲏⲣⲉ *existens ego filius*, *cum sim filius Sap*. 4 12, ⲉⲁⲛⲟⲛ ⲟⲩⲅⲉⲛⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫϯ *cum simus genus Dei Act*. XXVII. 29.

CAPUT XXI.

DE VERBO NEGANTE.

Copti negaturi actionem verbi uti possunt particulis ⲁⲛ, ⲛ...ⲁⲛ, ⲛ, ⲙ, ⲙ̄ⲡⲉ, ⲙ̄ⲡⲁⲧⲉ, ⲧⲙ̄, ϣⲧⲉⲙ. Singulas recensebo referens tempora, quae cum iis componi possunt.

Tempora cum Particula ⲁⲛ.

Particula T. M. ⲁⲛ, B. ⲉⲛ solitaria adhibetur, ac postponitur verbo, quod negatur, uti ⲉⲣⲉⲧⲉⲛⲟⲓ ⲁⲛ *non estis*, ⲧⲉⲛϫⲉⲙ ⲁⲛ *non invenimus*.

Priora decem tempora affirmantia adsciscunt particulam ⲁⲛ post se, quin ipsa ullo modo mutentur.

Tempus II. ⲉⲓ, V. ϣⲁⲓ, VI. ⲛⲉϣⲁⲓ, VIII. ⲛⲉ ⲁⲓ, X. ⲉⲓⲛⲁ, atque ⲉⲧⲁⲓ Memphiticum temporis VII perraro construuntur cum ⲁⲛ sequente.

Tempus I. ϯ saepius Memphitice, quam Thebaice occurrit cum ⲁⲛ constructum, ϫⲙⲉⲩⲓ ⲁⲛ *non cogitas*, et T. ⲉⲧⲉⲧⲛ̄ϣⲟⲟⲡ ⲁⲛ *non estis Rom.* VI. 14; vide *Ioh.* IX. 12. XII. 35. XIV. 17. *Rom.* VI. 15.

Tempus IV. ⲁⲓ, et Thebaicum ⲛ̄ⲧⲁⲓ temporis VII. quandoque post se adsciscunt ⲁⲛ.

Tempus IX. ϯⲛⲁ saepe habet comitem ⲁⲛ.

Tempus III. semper construitur cum ⲁⲛ, sequente ⲡⲉ; sic T. ⲛⲉⲩϭⲛ̄ ⲁⲛ ⲡⲉ, M. ⲛⲁⲩϫⲉⲙ ⲁⲛ ⲡⲉ *non inveniebant Act.* VII. 11. Et sine ⲡⲉ rarius, ⲛⲉⲩⲛⲁⲩ ⲁⲛ *non videbant.* Basmuricum vidi ⲛ̄ⲛⲁⲩⲓⲙⲓ ⲉⲛ *non sentiebant Q.* 236, praefixo ⲛ; at credo Basmuriços plerumque cum Memphitis consensisse.

Tempora cum Particula ⲛ . . . ⲁⲛ.

Littera ⲛ praefigitur praeformantibus temporum affirmantium, ⲁⲛ sequitur verbum; sic ⲛ̄ϯⲥⲟⲟⲩⲛ ⲁⲛ *non cognosco*, ⲛⲅⲥⲟⲟⲩⲛ ⲁⲛ *non cognoscis* etc. Hinc sunt tempora, quae sequuntur.

I. *Praesens et Participium.*

		Thebaice	Memphitice	
Pers. 1		ⲛ̄ϯ ⲁⲛ	ⲛ̀ϯ ⲁⲛ	*non sum*
2	m.	ⲛ̄ⲅ ⲁⲛ	ⲛ̀ⲕ ⲁⲛ	
	f.	ⲛ̄ⲧⲉ ⲁⲛ	ⲛ̀ⲧⲉ ⲁⲛ	
3	m.	ⲛ̄ϥ ⲁⲛ	ⲛ̀ϥ ⲁⲛ	
	f.	ⲛ̄ⲥ ⲁⲛ	ⲛ̀ⲥ ⲁⲛ	
Plur. 1		ⲛ̄ⲧⲛ̄ ⲁⲛ	ⲛ̀ⲧⲉⲛ ⲁⲛ	
2		ⲛ̄ⲧⲉⲧⲛ̄ ⲁⲛ	ⲛ̀ⲧⲉⲧⲉⲛ ⲁⲛ	
3		ⲛ̄ⲥⲉ ⲁⲛ	ⲛ̀ⲥⲉ ⲁⲛ.	

Basmurici cum utrisque consentiunt; scribunt tamen ⲉⲛ pro ⲁⲛ, et saepe praeformantibus praefigunt ⲉ.

Quando est participium, Thebani plerumque praeponunt ⲉ, ut sit ⲉⲛϯ etc.

II. *Praesens.*

Pers. 1		ⲡⲉⲓ ⲁⲛ	ⲡⲁⲓ ⲁⲛ	*non sum*
2	m.	ⲡⲉⲕ ⲁⲛ	ⲡⲁⲕ ⲁⲛ	
	f.		ⲡⲁⲣⲉ ⲁⲛ	
3	m.	ⲡⲉϥ ⲁⲛ	ⲡⲁϥ ⲁⲛ	ⲡⲁⲣⲉ ⲁⲛ
	f.	ⲡⲉⲥ ⲁⲛ	ⲡⲁⲥ ⲁⲛ	
Plur. 1		ⲡⲉⲛ ⲁⲛ	ⲡⲁⲛ ⲁⲛ	
2		ⲡⲉⲧⲉⲧⲛ̄ ⲁⲛ	ⲡⲁⲣⲉⲧⲉⲛ ⲁⲛ	
3		ⲡⲉⲩ ⲁⲛ	ⲡⲁⲩ ⲁⲛ, ⲡⲁⲣⲉ ⲁⲛ.	

III. *Perfectum.*

Pers. 1			ⲡⲉⲧⲁⲓ ⲁⲛ	*non fui*
2	m.		ⲡⲉⲧⲁⲕ ⲁⲛ	
	f.		ⲡⲉⲧⲁⲣⲉ ⲁⲛ	
3	m.		ⲡⲉⲧⲁϥ ⲁⲛ	ⲡⲉⲧⲁ...ⲁⲛ
	f.		ⲡⲉⲧⲁⲥ ⲁⲛ	

		Thebaice	Memphitice
Plur.	1		ⲛⲉⲧⲁⲛ ⲁⲛ
	2		ⲛⲉⲧⲁⲣⲉⲧⲉⲛ ⲁⲛ
	3		ⲛⲉⲧⲁⲩ ⲁⲛ, ⲛⲉⲧⲁ...ⲁⲛ.

IV. *Futurum.*

			Thebaice		Memphitice	
Pers.	1		ⲛ̄ϯⲛⲁ, ⲛⲉⲓⲛⲁ ⲁⲛ		ⲛ̀ϯⲛⲁ ⲁⲛ	
	2	m.	ⲛ̄ⲅⲛⲁ ⲁⲛ		ⲛ̀ⲭⲛⲁ ⲁⲛ	
		f.	ⲛⲧⲉⲛⲁ ⲁⲛ		ⲛ̀ⲧⲉⲛⲁ ⲁⲛ	
	3	m.	ⲛ̄ϥⲛⲁ ⲁⲛ	ⲉⲣⲉ..ⲛⲁ ⲁⲛ	ⲛ̀ϥⲛⲁ ⲁⲛ	ⲛⲁⲣⲉ..ⲛⲁ ⲁⲛ
		f.	ⲛ̄ⲥⲛⲁ ⲁⲛ		ⲛ̀ⲥⲛⲁ ⲁⲛ	
Plur.	1		ⲛ̄ⲧⲛ̄ⲛⲁ ⲁⲛ		ⲛ̀ⲧⲉⲛⲛⲁ ⲁⲛ	
	2		ⲛ̄ⲧⲉⲧⲛ̄ⲛⲁ ⲁⲛ		ⲛ̀ⲧⲉⲧⲉⲛⲛⲁ ⲁⲛ	
	3		ⲛ̄ⲥⲉⲛⲁ ⲁⲛ		ⲛ̀ⲥⲉⲛⲁ ⲁⲛ.	

Basmurici cum utrisque consentiunt; quandoque tamen ⲛⲉ scribunt pro ⲛⲁ.

Adnotationes.

I. *Praesens, et Participium.*

Est tempus I. affirmans cum ⲛ praefixo, et ⲁⲛ sequente; sic ⲛ̀ϯⲥⲱⲟⲩⲛ ⲁⲛ *non cognosco*, ⲛ̄ⲧⲉϫⲟⲗϩ ⲁⲛ *non es minima.*

Quandoque est participium praesens, ⲛ̀ϥⲟⲩⲱϣ ⲁⲛ *non volens Matth.* I. 19, ⲛ̀ⲧⲉⲛⲭⲱ ⲁⲛ *non relinquentes nos Hébr.* X. 25, vide in utroque textu *Act.* VII. 18. IX. 26. X. 20. XI. 12. XIII. 11.

At, quando est participium, Thebani saepe praefigunt ⲉ, uti ⲉⲛϯϣⲓⲛⲉ ⲁⲛ *non quaerens ego* I. *Còr.* X. 33, ⲉⲛ̄ⲅⲛⲁⲩ ⲁⲛ *non videns tu Àct.* XIII. 11, ⲉⲛ̄ϥⲇⲓⲁⲕⲣⲓⲛⲉ ⲁⲛ *non discernens* I. *Còr.* XI. 29.

Basmurici saepe praefigunt ⲉ, sic ⲉⲛϯ ⲉⲛ I. *Cor.* XV.

9, еnq ен *Q.* 245, ентетен ен *Ioh.* IV. 32, енсе ен I. *Thess.* II. 15.

II. *Praesens.*

Forma Thebana respondet tempori II. affirmanti, sic пеіcопс ан *non rogo Iòh.* XVII. 9. Cum vero, uti supra vidimus, пеіcопс ан sit etiam imperfectum negans *non rogabam*, haec forma vix erat admittenda, ac raro occurrit.

Longe rarior est alia пеіcопс *non rogo*, omisso ан, uti пеурҕоте *non timent Sir.* XXXI. 14, пеqеіме *non scit Sir.* XXVII. 27, quod scribendi genus reprobandum est, hoc enim tempus confunderetur cum imperfecto affirmante, cui пе desit.

Quandoque perperam duplici н scribitur ннеі ан II. *Còr.* XII. 14, ннеq ан *Iòh.* XI. 4, ubi alii codices recte legunt пеі, пеq; quare pro ннек ан *Màtth.* XXII. 16 equidem emendo пек ан. Haec forma fefellit Rosellinium, qui in Grammatica p. 103 hoc tempus uti imperfectum recenset; loca ibi allata aliud probant.

Perperam etiam praefigitur е, uti епеімосте ан *non odi Pap.* VI. 1; sed recte quando est participium епеіҕіоуе ан *non verberans* I. *Còr.* IX. 26.

Forma Memphitica respondet tempori IV. affirmanti Memphitico; hinc наqоунОу ан *non distat Act.* XVII. 27, наретенхн ан *non estis positi* I. *Thess.* V. 4, наре петбосі щоп ан *altissimus non habitat Act.* VII. 48, vide *Ioh.* IV. 50. XVII. 9. 15. 20. *Act.* XVI. 24. 27.

Haec forma, quae confunditur cum imperfecto negante, probanda non erat.

III. *Perfectum.*

Respondet VII. tempori affirmanti Memphitico; sic ⲡⲉⲧⲁⲓ ⲁⲛ *non veni Matth.* ix. 13. x. 34. *Marc.* ii. 17 (in *Matth.* v. 17 ita etiam lege pro ⲡⲉ ⲉⲧⲁⲓ ⲁⲛ) ⲡⲉⲧⲁϥⲓ ⲁⲛ *non venit Marc.* x. 45 (ita etiam lege *Luc.* x. 56 pro ⲛ̀ⲧⲉϥⲓ ⲁⲛ) ⲡⲉⲧⲁϥϫⲟⲥ ⲁⲛ *non dixit Ioh.* vii. 42, ⲡⲉⲧⲁ ⲫϯ ⲁⲛ ⲟⲩⲱⲣⲡ *Deus non misit Ioh.* iii. 17.

IV. *Futurum.*

Respondet IX. tempori affirmanti.

In prima pers. sing. scribitur etiam ⲛ̄ⲛⲉⲓⲛⲁ ⲁⲛ, uti ⲛⲛⲉⲓⲛⲁⲧⲥⲁⲃⲟⲕ ⲁⲛ *non docebo te Ming.* 286. In tertia pers. T. ⲉⲣⲉ ⲡⲣⲱⲙⲉ ⲛⲁⲱⲛ̄ϩ ⲁⲛ, M. ⲛⲁⲣⲉ ⲡ̀ⲓⲣⲱⲙⲓ ⲛⲁⲱⲛϧ ⲁⲛ *homo non vivet Matth.* iv. 4, vide *Luc.* xvii. 20.

Basmurici ⲛ̄ϯⲛⲉ ⲉⲛ *Isai.* i. 13. 15, ⲛ̄ϥⲛⲁ ⲉⲛ I. *Cor.* vii. 38, vide ib. vii. 9. viii. 8.

Tempus cum Particula ⲛ.

In adnotatis ad tempus II. iam vidimus illud praesens quandoque adhiberi sine ⲁⲛ sequente, quam formam reprobandam esse diximus. Solum tempus, quod habeat ⲛ praefixum, ac numquam admittat comitem ⲁⲛ, est

V. *Futurum.*

		Thebaice		Memphitice		
Pers. 1		ⲛ̄ⲛⲁ		ⲛ̀ⲛⲁ		*non ero,*
2	m.	ⲛ̄ⲛⲉⲕ		ⲛ̀ⲛⲉⲕ		*ne sim,*
	f.	ⲛ̄ⲛⲉ		ⲛ̀ⲛⲉ		*non essem*
3	m.	ⲛ̄ⲛⲉϥ	ⲛ̄ⲛⲉ	ⲛ̀ⲛⲉϥ	ⲛ̀ⲛⲉ	
	f.	ⲛ̄ⲛⲉⲥ		ⲛ̀ⲛⲉⲥ		

	Thebaice	Memphitice
Plur. 1	ⲛ̄ⲛⲉⲛ	ⲛ̀ⲛⲉⲛ
2	ⲛ̄ⲛⲉⲧⲛ̄	ⲛ̀ⲛⲉⲧⲉⲛ
3	ⲛ̄ⲛⲉⲩ	ⲛ̀ⲛⲟⲩ.

Basmurici cum Thebanis consentiunt.

Adnotatio.

Hoc tempus est

1.° Futurum, cuius actio negatur, sic ⲛ̄ⲛⲁⲥⲱ *non bibam Màrc.* XIV. 25, ⲛ̄ⲛⲉⲕϯ *non dabis Àct.* XIII. 35, ⲛ̀ⲛⲁⲟⲩⲉⲙ *non manducabo* I. *Cor.* VIII. 13.

2.° Futurum, cuius actio prohibetur, uti ⲛ̄ⲛⲉⲕϩⲱⲧⲃ̄ *non occides Ròm.* XIII. 9, ⲛ̄ⲛⲉⲕⲡⲓⲣⲁⲍⲉ *non tentabis Màtth.* IV. 7, ⲛ̀ⲛⲉⲕϭⲓ *ne sumas* I. *Tim.* V. 19, ⲛ̀ⲛⲉⲕⲉⲛ *noli imputare Act.* VII. 60, ⲛ̀ⲛⲉ ⲟⲩⲧⲁϩ ⲓ ⲉⲃⲟⲗ *non exeat fructus Matth.* XXI. 19.

3.° Optativum negans, sic ⲛ̄ⲛⲉⲥϣⲱⲡⲉ *non sit, absit Ròm.* VI. 15. XI. 1, ⲛ̀ⲛⲉ ⲧⲟⲓ ϣⲱⲡⲓ *non sit pars Act.* VIII. 21.

4.° Subiunctivi negantis praesens, vel imperfectum post particulas ϫⲉ, ϫⲉⲕⲁⲥ, ϩⲟⲡⲱⲥ (numquam ϩⲓⲛⲁ) *ut*, sic ϫⲉⲕⲁⲥ ⲛ̄ⲛⲁⲕⲓⲙ *ut non commovear Àct.* II. 25, ϫⲉ ⲛ̄ⲛⲉ ⲛ̄ⲥⲱⲙⲁ ϭⲱ *ut corpora non remanerent Iòh.* XIX. 31, ϫⲉ ⲛ̀ⲛⲁϭⲓⲥⲓ *ne exaltem* II. *Cor.* XII. 7, ϩⲟⲡⲱⲥ ⲛ̀ⲛⲉ ϩⲗⲓ ϭⲓϩⲁⲡ *ut nemo iudicetur Hos.* IV. 4, ϩⲓⲛⲁ ϫⲉ ⲛ̀ⲛⲟⲩⲥⲱϥ *ut non contaminarentur Ioh.* XVIII. 28.

Quando praesentis vim habet, ac sequitur particula ⲁⲛ, lectio est corrupta, adeoque emendanda, nam hoc tempus numquam comitem ⲁⲛ habet. Sic ⲛ̄ⲛⲉϥϣⲟⲟⲡ ⲁⲛ *non est Iòh.* XI. 4, lege cum alio codice ⲛ̄ϥϣⲟⲟⲡ; pro ⲛ̄ⲛⲉⲕϭⲱϣⲧ ⲁⲛ *non respicis Màtth.* XXII. 16, corrige ⲛⲉⲕϭⲱϣⲧ ⲁⲛ; pro ⲛ̄ⲛⲉⲓϣⲓⲛⲉ ⲁⲛ *non quaero* II. *Còr.* XII. 14, quod est monstrum, emenda ⲛⲉⲓϣⲓⲛⲉ ⲁⲛ.

Quandoque praeponitur ⲉ, seu ⲉⲛ scribitur pro ⲛ̄, sic ⲉⲛⲛⲉϥϣⲁⲙⲁϩⲧⲉ, ⲉⲛⲛⲉϥⲧⲱⲟⲩⲛ.

E contrario interdum desideratur primum ⲛ, uti ⲡⲉϥⲥⲁϩⲱϥ ⲉⲃⲟⲗ *non recedet*, ⲡⲉϥϣ̄ⲡ *non accipiet*, quae scriptura reprobanda est.

Basmurici in prima pers. scribunt ⲛ̄ⲛⲁ *Is.* I. 14. *Phil.* I. 20, et ⲛ̄ⲛⲓ I. *Cor.* VIII. 13. Cum Thebanis in tertia pers. plur. scribunt ⲛ̄ⲛⲉⲩ *Isai.* V. 9. *Q.* 245.

Tempora cum Particula ⲙ.

Particula negativa ⲙ apud solos Thebanos et Basmuricos in usu est. Hinc sunt tempora, quae sequuntur

	VI. *Praes.*	VII. *Imperf.*	VIII. *Perf.*
Pers. 1	ⲙⲉⲓ		
2 m.	ⲙⲉⲕ		ⲙⲁⲕ
2 f.	ⲙⲉⲣⲉ		
3 m.	ⲙⲉϥ } ⲙⲉⲣⲉ	ⲡⲉⲙⲉϥ	ⲙⲁϥ
3 f.	ⲙⲉⲥ } ⲙⲉⲣⲉ		
Plur. 3	ⲙⲉⲩ, ⲙⲉⲣⲉ.		

Adnotationes.

VI. *Praesens.*

In paradigmate solas personas retuli, quas vidi. Exempla dant *Màtth.* V. 15. IX. 17. *Lùc.* XIV. 35. *Iòh.* X. 10. *Ming.* 256. 283. 293. Basmurica habes *Q.* 233. 234. 235. *Hebr.* VI. 17. IX. 17. Solitarium ⲙⲉⲣⲉ saepe occurrit, sic ⲙⲉⲣⲉ ⲧⲥⲟⲫⲓⲁ ⲃⲱⲕ ⲉϩⲟⲩⲛ *sapientia non ingreditur Sap.* 8.

Huic tempori numquam attexitur ⲁⲛ, quare *Sap.* 596 pro ⲙ̄ⲅϥⲱⲧⲉ ⲁⲛ lege ⲛ̄ⲅϥⲱⲧⲉ ⲁⲛ *non abominaris.*

Praefixo ⲉ, fit participium, ⲉⲙⲉⲥϩⲱϭ̄ϭ̄ *non ipsa marcescens*, ⲉⲙⲉϥⲗⲱϫ̄ⲛ *incessabilis*, ⲉⲙⲉⲩⲙⲟⲟϣⲉ ⲛ̄ϩⲏⲧⲟⲩ *invii.* Quandoque ⲉ abundat, ⲉⲙⲉⲩϭⲛ̄ *non inveniunt Sap.* 231, quae scriptio improbanda est.

VII. *Imperfectum.*

Duo tantum vidi exempla, ⲡⲉⲙⲉϥⲙ̄ⲕⲁϩ ⲛ̄ϩⲏⲧ *non contristabatur Ming.* 246, ⲡⲉⲙⲉϥⲕⲁ *non sinebat Pap.* v. 37. Fortasse alia sunt, sed rara.

VIII. *Perfectum.*

Haec vidi exempla, ⲙⲁⲕⲣ̄ⲡⲙⲉⲉⲩⲉ *non es recordatus Sir.* XI. 25, ⲙⲁϥⲣ̄ⲁⲛⲁϥ *non placuit ei Sir.* XXI. 15, ⲙⲁϥⲙⲉⲥⲧⲱⲟⲩ *non odit ea Sir.* XXXVIII. 4.

Tempora cum Particula ⲙ̄ⲡⲉ.

A ⲡⲉ *esse*, et ⲛ negativo, quod ante ⲡ mutatur in ⲙ, fit ⲙ̄ⲡⲉ, quod negat existentiam. Hinc sunt tempora, quae sequuntur

IX. *Praesens.*

		Thebaice	Memphitice	
Pers. 1			ⲙ̀ⲡⲁⲓ	*non sum*
2	m.		ⲙ̀ⲡⲁⲕ	
	f.		ⲙ̀ⲡⲁⲣⲉ	
3	m.		ⲙ̀ⲡⲁϥ } ⲙ̀ⲡⲁⲣⲉ	
	f.		ⲙ̀ⲡⲁⲥ }	
Plur. 1			ⲙ̀ⲡⲁⲛ	
2			ⲙ̀ⲡⲁⲧⲉⲧⲉⲛ	
3			ⲙ̀ⲡⲁⲩ, ⲙ̀ⲡⲁⲣⲉ.	

X. *Perfectum.*

		Thebaice	Memphitice	
Pers. 1		ⲙ̄ⲡⲉⲓ, ⲙ̄ⲡⲓ	ⲙ̀ⲡⲓ	*non fui*
2	m.	ⲙ̄ⲡⲉⲕ	ⲙ̀ⲡⲉⲕ	
	f.	ⲙ̄ⲡⲉ	ⲙ̀ⲡⲉ	

		Thebaice		Memphitice	
3	m.	ⲙ̄ⲡⲉϥ	ⲙ̄ⲡⲉ	ⲙ̇ⲡⲉϥ	ⲙ̇ⲡⲉ
	f.	ⲙ̄ⲡⲉⲥ		ⲙ̇ⲡⲉⲥ	
Plur. 1		ⲙ̄ⲡ̄ⲛ̄, ⲙ̄ⲡⲉⲛ		ⲙ̇ⲡⲉⲛ	
2		ⲙ̄ⲡⲉⲧ̄ⲛ̄		ⲙ̇ⲡⲉⲧⲉⲛ	
3		ⲙ̄ⲡⲟⲩ, ⲙ̄ⲡⲉ		ⲙ̇ⲡⲟⲩ.	

Basmurici cum Memphitis consentiunt.

Eius participium est ⲉⲙⲡⲉϥ, ⲉⲙⲡⲉⲥ, ⲉⲙⲡⲟⲩ.

XI. *Subiunctivi Imperfectum, et Perfectum.*

Pers. 1		ⲉⲧⲉⲙ̇ⲡⲓ *cum non essem,*	
2	m.	ⲉⲧⲉⲙⲡⲉⲕ	*fuissem*
	f.	ⲉⲧⲉⲙⲡⲉ	
3	m.	ⲉⲧⲉⲙⲡⲉϥ	ⲉⲧⲉⲙⲡⲉ
	f.	ⲉⲧⲉⲙⲡⲉⲥ	
Plur. 1		ⲉⲧⲉⲙⲡⲉⲛ	
2		ⲉⲧⲉⲙⲡⲉⲧⲉⲛ	
3		ⲉⲧⲉⲙⲡⲟⲩ.	

Adnotationes.

IX. *Praesens.*

Pro VI. tempore praesenti Thebano et Basmurico Memphitae hoc adhibent ⲙ̇ⲡⲁⲓ, quod vicissim Thebanis et Basmuricis ignotum est. Hinc ⲙ̇ⲡⲁϥϫⲉⲙϫⲟⲙ *non prodest Matth.* v. 13, ⲙ̇ⲡⲁⲩϭⲉⲣⲉ *non accendunt* ib. 15, ⲙ̇ⲡⲁⲥⲉⲣⲫⲙⲉⲩⲓ *non recordatur Ioh.* XVI. 21, vide *Deut.* IV. 28. *Matth.* IX. 17. XXII. 30.

Solitarium ⲙ̇ⲡⲁⲣⲉ legitur *Matth.* IX. 16. ⲙ̇ⲡⲁⲣⲉ ϩⲗⲓ ⲉⲗ *nemo tollit*, vide *Ioh.* IV. 9. VII. 4. XIV. 6.

Pro perfecto occurrit *Ioh.* XVI. 24 ⲙ̇ⲡⲁⲧⲉⲧⲉⲛⲉⲣⲉⲧⲓⲛ *non petistis*, *Ezech.* XXIV. 6 ⲙ̇ⲡⲁϥⲓ ⲉⲃⲟⲗ *non est egressus.*

Pro participio, ⲙ̇ⲡⲁϥϭⲓϣⲓⲡⲓ *non erubescens* II. *Tim.* II. 15.

X. *Perfectum.*

Huius temporis passim in textibus obvii prima pers. sing. Thebaice est ⲙ̄ⲡⲉⲓ *Matth.* vii. 23. *Act.* x. 14, et ⲙ̄ⲡⲓ *Luc.* xiii. 7. *Matth.* xxiv. 22. Secunda pers. fem. ⲙ̄ⲡⲉ occurrit Thebaice *Ming.* 69. *Z.* 388, et Memphitice *Luc.* xix. 44.

Basmurica habes I. *Cor.* vii. 28. 34. ix. 1. 12. 15. xv. 15 etc.

Praefixo ⲉ, fit participium, ⲉⲙⲡⲉⲥⲧⲱⲗⲙ̄ *non coinquinata Sap.* 133, ⲉⲙⲡⲉϥⲣ̄ ὁ μὴ ἐργασάμενος ib. 136, ⲉⲙⲡⲉⲕⲟⲩⲁϣϥ *non volens tu illum* ib. 598, ⲉⲙⲡⲟⲩⲛⲁ *immisericordes* ib. 611.

Cum in libro Sapientiae v. 278 legatur ⲙ̄ⲡⲉϥⲛⲁϫⲓϩⲟ ⲁⲛ *non accipiet personas* erit fortasse qui futurum ⲙ̄ⲡⲉⲓⲛⲁ ⲁⲛ admittere vellet. Sed cum particula ⲙ̄ⲡⲉ numquam comitem habeat ⲁⲛ, vox est corrupta, atque emendanda ⲛ̄ϥⲛⲁϫⲓϩⲟ ⲁⲛ.

XI. *Subiunctivi Imperfectum, et Perfectum.*

Ex XVI. tempore affirmante didicimus Thebaicum ⲛ̄ⲧⲉⲣⲉ *quando, cum* esse Memphitice ⲉⲧⲉ; quare hoc tempus a solis Memphitis frequentatur, ac respondet Thebano ⲛ̄ⲧⲉⲣⲉⲓⲧⲙ̄, quod infra recensebo. Sic ⲉⲧⲉⲙⲡⲉ ⲡⲉϥϩⲏⲧ ⲑⲱⲧ *cum cor eius non esset persuasum Act.* xxi. 14, ⲉⲧⲉⲙⲡⲉϥϫⲉⲙϥ *cum non invenisset eum* ib. xii. 19, ⲉⲧⲉⲙⲡⲟⲩϫⲉⲙϥ *cum non invenissent eum Luc.* ii. 45; vide *Gen.* viii. 9. *Luc.* v. 19. xxiv. 23. *Act.* xvii. 6.

Tempora composita cum ⲙⲡⲁⲧⲉ.

Quemadmodum ϣⲁⲧⲉ coalescens ex ϣⲁ *usque*, et ⲛ̄ⲧⲉ *tempus*, notat *quousque, donec*, ita ⲙ̄ⲡⲁⲧⲉ, vel ⲉⲙⲡⲁⲧⲉ

constans ex ⲙ̄ⲡⲉ praecedenti *non*, et ⲛ̄ⲧⲉ *tempus*, negat venisse tempus actionis, seu valet *nondum*, *antequam*; quare tempora inde orta vere negantia sunt. Antiquae orthographiae ⲙ̄ⲡⲁⲛⲧⲉ duo occurrunt exempla in *Z.* 101. 102; sed, quemadmodum ex Th. ϣⲁⲛⲧⲉ fluxit Mem. ϣⲁⲧⲉ, ita ex ⲙ̄ⲡⲁⲛⲧⲉ dictum est ⲙ̄ⲡⲁⲧⲉ.

XII. *Indicativi et Subiunctivi Varia Tempora recta a* nondum, antequam.

			Thebaice		Memphitice		
Pers.	1		ⲙ̄ⲡⲁϯ		ⲙ̀ⲡⲁϯ		*nondum sum,*
	2	m.	ⲙ̄ⲡⲁⲧⲕ̄		ⲙ̀ⲡⲁⲧⲉⲕ		*fui, fueram*
		f.	ⲙ̄ⲡⲁⲧⲉ		ⲙ̀ⲡⲁⲧⲉ		*antequam sim,*
	3	m.	ⲙ̄ⲡⲁⲧϥ̄	ⲙ̄ⲡⲁⲧⲉ	ⲙ̀ⲡⲁⲧⲉϥ	ⲙ̀ⲡⲁⲧⲉ	*essem*
		f.	ⲙ̄ⲡⲁⲧⲥ̄		ⲙ̀ⲡⲁⲧⲉⲥ		
Plur.	1		ⲙ̄ⲡⲁⲧⲛ̄		ⲙ̀ⲡⲁⲧⲉⲛ		
	2		ⲙ̄ⲡⲁⲧⲉⲧⲛ̄		ⲙ̀ⲡⲁⲧⲉⲧⲉⲛ		
	3		ⲙ̄ⲡⲁⲧⲟⲩ, ⲙ̄ⲡⲁⲧⲉ		ⲙ̀ⲡⲁⲧⲟⲩ, ⲙ̀ⲡⲁⲧⲉ.		

Basmurici cum utrisque consentiunt.

XIII. *Indicativi Imperfectum, et Plusquam Perfectum rectum a* nondum.

Pers.	1		ⲡⲉ ⲙ̄ⲡⲁϯ ⲡⲉ	ⲡⲉ ⲙ̀ⲡⲁϯ ⲡⲉ	*nondum*
	2	m.	ⲡⲉ ⲙ̄ⲡⲁⲧⲕ̄ ⲡⲉ	ⲡⲉ ⲙ̀ⲡⲁⲧⲉⲕ ⲡⲉ	*eram,*
			etc.		*fueram.*

Adnotationes.

XII. *Indicativi et Subiunctivi Varia Tempora.*

Notat praesens, ⲙ̀ⲡⲁⲧⲉⲧⲉⲛⲉⲙⲓ *nondum intelligitis Matth.* xvi. 8, vide *Ioh.* viii. 57. I. *Cor.* iii. 2 — ⲉⲙ̀ⲡⲁⲧⲉ ⲟⲩⲁ-

ⲁⲗⲉⲕⲧⲱⲣ ⲙⲟⲩⲧⲉ *antequam gallus cantet Màtth.* xxvi. 34, vide *Psal.* xxxviii. 14. *Àct.* ii. 20.

Imperfectum subiunctivi, ⲙ̀ⲡⲁⲧⲉϥⲓ *antequam veniret Gal.* iii. 23, vide *Gèn.* xlviii. 5. *Psal.* lxxxix. 2. *Gal.* ii. 12.

Perfectum indicativi, ⲙ̀ⲡⲁⲧⲉϥⲓ *nondum venit Ioh.* ii. 4, vide xx. 17 etc.

Plusquam perfectum indicativi, ⲙ̀ⲡⲁⲧⲟⲩϩⲓ *nondum posuerant Ioh.* xix. 41.

Basmurica habes *Ioh.* iv. 49. *Hebr.* ix. 8.

XIII. *Indicativi Perfectum et Plusquam Perfectum.*

Ut vis imperfecti, vel plusquam perfecti, certius designetur Copti componunt praecedens tempus cum ⲡⲉ ⲡⲉ characteristica imperfecti, sic T. ⲡⲉ ⲙ̄ⲡⲁⲧⲟⲩⲥⲟⲩⲛ (M. ⲙ̀ⲡⲁⲧⲟⲩⲥⲟⲩⲉⲛ) ⲡⲉ *nondum cognoverant Iòh.* xx. 9, ⲡⲉ ⲙ̀ⲡⲁⲧⲉⲧⲉⲛϣϫⲉⲙϫⲟⲙ ⲡⲉ *nondum poteratis* I. *Cor.* iii. 2, ⲡⲉ ⲙ̀ⲡⲁⲧⲉ ⲫϯ ϩⲱⲟⲩ *nondum Deus pluerat Gen.* ii. 5, ⲡⲉ ⲙ̀ⲡⲁⲧⲉ ⲡⲓⲡ̄ⲛ̄ⲁ ϣⲱⲡⲓ ⲡⲉ *nondum spiritus erat*, vel *fuerat Ioh.* vii. 39, vide *Ioh.* iii. 24. xi. 30. *Àct.* viii. 16.

Quandoque Thebani solo ⲛ scribunt ⲡⲉⲙⲡⲁⲧⲟⲩϫⲓ ⲡⲛ̄ⲁ ⲡⲉ *nondum acceperant spiritum Fragm.* 29, ⲡⲉⲙⲡⲁⲧϥ̄ϫⲓ ⲉⲟⲟⲩ ⲡⲉ *nondum acceperat gloriam Fragm.* 31.

Sine ⲡⲉ praecedenti legitur ⲙ̀ⲡⲁⲧⲟⲩⲉⲙⲓ ⲡⲉ *nondum sciebant Num.* xv. 34, ⲙ̀ⲡⲁⲧⲉ ϩⲁⲛⲙⲏϣ ϣⲱⲡⲓ ⲡⲉ *nondum multi erant Z.* 71, quae scriptio improbanda est.

Tempora cum Particula T. ⲧⲙ, M. ϣⲧⲉⲙ.

Particula T. ⲧ̄ⲙ̄, M. B. ϣⲧⲉⲙ (raro enim Basmurici scribunt ⲧ̄ⲙ̄, vide I. *Cor.* viii. 8. ix. 7) notat *non*, ac semper postponitur praeformantibus temporum et personarum affirmantium. Hinc sunt tempora, quae sequuntur

XIV. *Tempus Subiunctivum.*

			Thebaice		Memphitice	
Pers.	1		ⲛ̄ⲧⲁⲧⲙ̄		ⲛ̀ⲧⲁϣⲧⲉⲙ	
	2	m.	ⲛ̄ⲅ̄ⲧⲙ̄		ⲛ̀ⲧⲉⲕϣⲧⲉⲙ.	
		f.	ⲛ̄ⲧⲉⲧⲙ̄		ⲛ̀ⲧⲉϣⲧⲉⲙ	
	3	m.	ⲛ̄ϥ̄ⲧⲙ̄	ⲛ̄ⲧⲉⲧⲙ̄	ⲛ̀ⲧⲉϥϣⲧⲉⲙ	ⲛ̀ⲧⲉϣⲧⲉⲙ.
		f.	ⲛ̄ⲥ̄ⲧⲙ̄		ⲛ̀ⲧⲉⲥϣⲧⲉⲙ	
Plur.	1		ⲛ̄ⲧⲛ̄ⲧⲙ̄		ⲛ̀ⲧⲉⲛϣⲧⲉⲙ	
	2		ⲛ̄ⲧⲉⲧⲛ̄ⲧⲙ̄		ⲛ̀ⲧⲉⲧⲉⲛϣⲧⲉⲙ	
	3		ⲛ̄ⲥⲉⲧⲙ̄		ⲛ̀ⲧⲟⲩϣⲧⲉⲙ, ⲛ̀ⲥⲉϣⲧⲉⲙ.	

Basmurici cum Thebanis consentiunt, nisi quod ϣⲧⲉⲙ scribunt pro ⲧⲙ̄.

XV. *Imperfectum, et Plusquam Perfectum Subiunctivi.*

Pers.	1		ⲛ̄ⲧⲉⲣⲉⲓⲧⲙ̄	*cum non essem,*
	2	m.	ⲛ̄ⲧⲉⲣⲉⲕⲧⲙ̄	*fuissem*
		f.	ⲛ̄ⲧⲉⲣⲉⲧⲙ̄	
	3	m.	ⲛ̄ⲧⲉⲣⲉϥⲧⲙ̄	
		f.	ⲛ̄ⲧⲉⲣⲉⲥⲧⲙ̄	
			etc.	

XVI. *Conditionale.*

Pers.	1		ⲉⲓⲧⲙ̄		ⲁⲓϣⲧⲉⲙ		*si non ero,*
	2	m.	ⲉⲕⲧⲙ̄		ⲁⲕϣⲧⲉⲙ		*fuero*
		f.	ⲉⲣⲉⲧⲙ̄		ⲁⲣⲉϣⲧⲉⲙ		
	3	m.	ⲉϥⲧⲙ̄	ⲉⲣⲉⲧⲙ̄	ⲁϥϣⲧⲉⲙ	ⲁⲣⲉϣⲧⲉⲙ	
		f.	ⲉⲥⲧⲙ̄		ⲁⲥϣⲧⲉⲙ		
Plur.	1		ⲉⲛⲧⲙ̄		ⲁⲛϣⲧⲉⲙ		
	2		ⲉⲧⲉⲧⲛ̄ⲧⲙ̄		ⲁⲣⲉⲧⲉⲛϣⲧⲉⲙ		
	3		ⲉⲩⲧⲙ̄		ⲁⲩϣⲧⲉⲙ.		

Alia forma Thebaica, interiecto ϣⲁⲛ *si*, est ⲉⲓϣⲁⲛⲧⲙ̄, ⲉⲕϣⲁⲛⲧⲙ̄ etc.

Basmurica exempla sunt duo ⲁⲗⲉϣⲧⲉⲙ *Q*. 236. 237, ⲉⲛϣⲁⲛⲧⲙ̄ I. *Cor*. VIII. 8; primum Memphiticam habet formam, alterum Thebanam.

XVII. *Imperativum, et Optativum Vetans.*

T. ⲙ̄ⲡⲣ̄	M. ⲙ̀ⲡⲉⲣ	B. ⲙ̄ⲡⲉⲗ
ⲙ̄ⲡⲣ̄ⲧⲣⲉ	ⲙ̀ⲡⲉⲛⲑⲣⲉ	ⲙ̄ⲡⲉⲗⲧⲣⲉ

Et cum suffixis personarum

ⲙ̄ⲡⲣ̄ⲧⲣⲁ	ⲙ̀ⲡⲉⲛⲑⲣⲓ	ⲙ̄ⲡⲉⲗⲧⲣⲁ etc.

XVIII *Infinitum.*

Thebaice	Memphitice
ⲉⲧⲙ̄	ⲉϣⲧⲉⲙ

Si infinito eius subiectum praeponas

ⲉⲧⲙ̄ⲧⲣⲉ, ⲉⲧⲙ̄ⲉⲧⲣⲉ	ⲉϣⲧⲉⲙⲑⲣⲉ, ⲉϣⲧⲉⲙⲉⲑⲣⲉ

Et cum suffixis

ⲉⲧⲙ̄ⲧⲣⲁ, ⲉⲧⲙ̄ⲉⲧⲣⲁ	ⲉϣⲧⲉⲙⲑⲣⲓ, ⲉϣⲧⲉⲙⲉⲑⲣⲓ
ⲉⲧⲙ̄ⲧⲣⲉⲕ, ⲉⲧⲙ̄ⲉⲧⲣⲉⲕ	ⲉϣⲧⲉⲙⲑⲣⲉⲕ, ⲉϣⲧⲉⲙⲉⲑⲣⲉⲕ

etc.

Adnotationes.

XIV. *Tempus Subiunctivum.*

Coalescit ex praeformantibus temporis subiunctivi affirmantis, quibus attexitur ⲧⲙ̄, vel ϣⲧⲉⲙ. Paria igitur dicenda hic sunt, ac quae dixi de subiunctivo tempore. Adhibetur

1.° Post aliud verbum, cuius et tempus et modum repraesentat negando, saepe apud Thebanos includens

vim coniunctionis *et*; sic *qui dicit cognovi eum*, ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲧⲉϥϣⲧⲉⲙⲁⲣⲉϩ *et non observat* I. *Ioh.* II. 4; *quis pascit*, ⲛ̀ⲧⲉϥϣⲧⲉⲙⲟⲩⲱⲙ (T. ⲛ̄ϥⲧⲙ̄ⲟⲩⲱⲙ) *et non comedit* I. *Cor.* IX. 7; ⲛ̄ϥⲛⲱⲱⲛⲉ ⲛ̄ⲧⲉⲧⲙ̄ ⲗⲁⲁⲩ ⲣ̄ ⲁⲧϭⲟⲙ *transferetur, et nihil erit impossibile Matth.* XVII. 20; *quis scit si poeniteat Deum*... ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲧⲉⲛϣⲧⲉⲙⲧⲁⲕⲟ *et non pereamus Ion.* III. 9; *dirige, tolera*, ⲛⲅⲧⲙ̄ϭⲉⲡⲏ *et non festina Sir.* II. 2; *adhaere ei*, ⲛⲅⲧⲙ̄ⲥⲁϩⲱⲕ *et non recede Sir.* II. 3.

2.° Tamquam subiunctivum post particulas ϩⲓⲛⲁ, ϩⲟⲡⲱⲥ, ϩⲱⲥⲧⲉ, ϫⲉ *ut*, atque ⲉϣⲱⲡ *si*, quod maxime Memphitae, raro Thebani frequentant, sic ϩⲓⲛⲁ ⲛ̀ⲧⲟⲩϣⲧⲉⲙϯϩⲁⲡ *ut non iudicent Matth.* VII. 1, ϩⲓⲛⲁ ⲛ̀ⲧⲉⲧⲉⲛϣⲧⲉⲙⲓ *ut non veniatis Matth.* XXVI. 41, vide *Matth.* V. 29. 30. VI. 18. XII. 16. XXIV. 20. Thebani raro utuntur graeco ϩⲓⲛⲁ, sed potius particulis ϫⲉ, ϫⲉⲕⲁⲥ, sequente futuro ⲛ̄ⲛⲁ, vide adnotata ad hoc tempus. Tum ϩⲟⲡⲱⲥ ⲛ̀ⲧⲉϣⲧⲉⲙ ⲥⲁⲣⲝ ϣⲟⲩϣⲟⲩ *ut caro non glorietur* I. *Cor.* I. 29, ϩⲱⲥⲇⲉ ⲛ̄ⲧⲛ̄ⲧⲙ̄ⲥⲉ *ita ut non bibamus Z.* 417, vide *Matth.* VIII. 28. *Marc.* III. 20. Tandem ϫⲉ ⲛ̀ⲧⲉⲛϣⲧⲉⲙϣⲱⲡⲓ *ut non simus* I. *Cor.* X. 6, ⲉϣⲱⲡ ⲛ̀ⲧⲉⲧⲉⲛϣⲧⲉⲙⲭⲱ ⲉⲃⲟⲗ *si non remittitis Matth.* VI. 15.

3.° Notat *ut non, ne*, sic *oportet* ⲛ̄ⲧⲉⲧⲛ̄ⲧⲙ̄ⲉⲣ *ut non faciatis Act.* XIX. 36, *oportebat* ⲛ̀ⲧⲉⲧⲉⲛⲁⲓⲧⲟⲩ *ut ista faceretis Matth.* XXIII. 23, vide v. 29. 30.

4.° Raro notat *non*, sequente futuro; uti ⲛ̄ϥⲧⲙ̄ϯ *non dederit Iac.* II. 16.

Basmurica vidi ⲛ̄ϥϣⲧⲉⲙ *Q.* 239, ⲛ̄ⲥⲉϣⲧⲉⲙ *Q.* 235. 237, tum reprobanda ⲧⲁϣⲧⲉⲙ *Hebr.* VIII. 12, ⲧⲉϣⲧⲉⲙ ib. 11, tandem Thebanum ⲛ̄ϥⲧⲙ̄ I. *Cor.* IX. 7.

XV. *Imperfectum, et Plusquam Perfectum Subiunctivi.*

Hoc tempus respondet affirmativo XVI, eiusque cognatum Memphiticum est XI. ⲉⲧⲉⲙⲡⲓ. Hinc ⲛ̄ⲧⲉⲣⲉⲕⲧⲙ̄ϫⲛⲁⲁⲩ

cum piger non esses Tuk. 118, ⲛ̄ⲧⲉⲣⲉϥⲧⲙ̄ⲡⲉⲓⲑⲉ *cum persuasus non esset Act.* XXI. 14, ⲛ̄ⲧⲉⲣⲟⲩⲧⲙ̄ϩⲉ *cum non invenissent Act.* XVII. 6.

XVI. *Conditionale.*

Adhibetur cum particulis conditionalibus, ac verbum futuro tempore reddendum est. Ita Memphitice post ⲉϣⲱⲡ *si*, ⲉϣⲱⲡ ⲁⲣⲉⲧⲉⲛϣⲧⲉⲙⲉⲣⲙⲉⲧⲁⲛⲟⲓⲛ *si non resipueritis Luc.* XIII. 3. 5, ⲉϣⲱⲡ ⲁϥϣⲧⲉⲙⲥⲱⲧⲉⲙ *si non audierit Matth.* XVIII. 16, vide I. *Cor.* IX. 16.

Thebaice cum ϣⲁⲛ, vel ⲉϣⲱⲡⲉ ϣⲁⲛ, uti ⲉⲓϣⲁⲛⲧⲙ̄ⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲍⲉ *si non evangelizavero* I. *Cor.* IX. 16, ⲉⲧⲉⲧⲛ̄ϣⲁⲛⲧⲙ̄ϯ *si non dederitis* ib. XIV. 9, ⲉⲣⲉϣⲁⲛⲧⲙ̄ⲛⲁⲩ *si tu* (fem.) *non videbis Z.* 387, vide *Matth.* XVIII. 16.

Tum in utraque dialecto post graecum ⲕⲁⲛ *etiamsi*, uti T. ⲕⲁⲛ ⲉⲧⲉⲧⲛ̄ⲧⲙ̄ⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲉ *etiamsi non credideritis Ioh.* X. 38, M. ⲕⲁⲛ ⲁⲩϣⲧⲉⲙⲧⲁⲟⲩⲟⲕ *etiamsi non deiiciant te Z.* 52.

Etiam sine particulis conditionalibus notat *si non*, hinc T. ⲉⲓⲧⲙ̄ⲛⲁⲩ, M. ⲁⲓϣⲧⲉⲙⲛⲁⲩ *si non videro Ioh.* XX. 25, T. ⲉⲣⲉⲧⲙ̄ (M. ⲁⲣⲉϣⲧⲉⲙ) ⲡⲟⲩⲁ ⲡⲟⲩⲁ ⲕⲱ ⲉⲃⲟⲗ *si unusquisque non remiserit Matth.* XVIII. 35, vide in utroque textu *Ioh.* XII. 24. *Rom.* X. 15, tum Memphitica *Matth.* XII. 29. XXI. 21. *Ioh.* III. 2. 3. 5. 27. IV. 48. V. 19. II. *Tim.* II. 5.

XVII. *Imperativus, et Optativus Vetans.*

Affirmanti imperativo ⲥⲱⲧⲙ̄ *audi, audite*, si praeponas particulam vetantem T. ⲙ̄ⲡⲣ̄, M. ⲙ̀ⲡⲉⲣ, B. ⲙ̄ⲡⲉⲗ, quae coalescit ex ⲙ̄ⲡⲉ temporis IX, et ⲉⲣ *facere*, existit imperativum vetans secundae personae utriusque generis et numeri, uti ⲙ̀ⲡⲉⲣⲭⲁ ϫⲓϫ *noli imponere manum* I.

Tim. v. 22, ⲙ̀ⲡⲉⲣⲉⲣϩⲟϯ ⲧϣⲉⲣⲓ *noli timere filia Ioh.* xii. 15, ⲙ̄ⲡⲣ̄ⲙⲟⲩⲧⲉ *nolite vocare Matth.* xxiii. 9. 10.

Quod si subiectum verbi non sit secunda persona, sed substantivum aliquod, vel prima aut tertia persona, tum ⲙ̄ⲡⲣ̄ adsciscit verbum ⲧⲣⲉ, quod consequitur substantivum nomen, vel, si subiectum sit pronomen, ⲧⲣⲉ assumit suffixa. Sic ⲙ̄ⲡⲣ̄ⲧⲣⲉ ⲗⲁⲁⲩ ⲉⲓⲙⲉ *ne aliquis sciat, nemo sciat Matth.* ix. 30, ⲙ̄ⲡⲣ̄ⲧⲣⲉⲛϯⲥⲟ *non parcamus Sap.* 71. Memphitae tamen pro ⲙ̀ⲡⲉⲣⲑⲣⲉ scribunt ⲙ̀ⲡⲉⲛⲑⲣⲉ, hinc ⲙⲡⲉⲛⲑⲣⲉϥⲕⲉⲟⲩⲱⲙ *ne quoque manducet* II. *Thess.* iii. 10, ⲙⲡⲉⲛⲑⲣⲉ ⲫⲣⲏ ϩⲱⲧⲡ *ne sol occidat Eph.* iv. 26, ita cum imperativo coniungitur *Rom.* vi. 12. *Eph.* v. 3. 6. *Col.* iii. 8. Est etiam optativum vetans, ⲙ̀ⲡⲉⲛⲑⲣⲉⲛⲉⲛⲕⲟⲧ ⲁⲗⲗⲁ ⲙⲁⲣⲉⲛⲣⲱⲓⲥ *non dormiamus sed vigilemus* I. *Thess.* v. 6, ⲙⲁⲣⲉⲥⲣⲱϣⲓ ⲉⲣⲱⲟⲩ ⲟⲩⲟϩ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲑⲣⲟⲩⲟⲩⲁϩ ⲃⲁⲣⲟⲥ *sufficiat iis et non addant onus* I. *Tim.* v. 16, ita cum optativo iungitur *Eph.* iv. 28. I. *Tim.* vi. 2. *Iac.* i. 7.

XVIII. *Infinitum.*

Consonat cum infinito affirmante, addita particula T. ⲧⲙ̄, M. ϣⲧⲉⲙ. Sic *praeceperunt eis* ⲉϣⲧⲉⲙⲉⲣⲟⲩⲱ (T. ⲉⲧⲙ̄ϣⲁϫⲉ) *non loqui Act.* iv. 18, *non possumus* ⲉϣⲧⲉⲙⲥⲁϫⲓ (T. ⲉⲧⲙ̄ϫⲟⲟⲩ) *non loqui* ib. 20, vide *Act.* i. 4. v. 28. xx. 27. I. *Thess.* iv. 6 in utroque textu.

Quodsi cum infinito coniungendum sit eius subiectum, scribitur Thebaice ⲉⲧⲙ̄ⲧⲣⲉ, vel ⲉⲧⲙ̄ⲉⲧⲣⲉ, et Memphitice ⲉϣⲧⲉⲙⲑⲣⲉ, vel ⲉϣⲧⲉⲙⲉⲑⲣⲉ. Sic *quis prohibuit* ⲉϣⲧⲉⲙⲉⲑⲣⲉ ⲡⲉⲧⲉⲛϩⲏⲧ ⲑⲱⲧ *ne cor vestrum persuasum esset Gal.* v. 7. Et cum suffixis, *ponam evangelium* ⲉⲧⲙ̄ⲧⲣⲁⲉⲓⲣⲉ (M. ⲉϣⲧⲉⲙⲉⲣⲭⲣⲁⲥⲑⲉ) *ut non faciam* I. *Cor.* ix. 18; *rogavimus* ⲉⲧⲙⲧⲣⲉϥⲃⲱⲕ (M. ⲉϣⲧⲉⲙⲑⲣⲉϥϣⲉ) *ne iret Act.* xxi. 12; *dico* ⲉⲧⲙⲉⲧⲣⲉⲧⲉⲧⲛ̄ⲙⲟⲟϣⲉ (M. ⲉϣ-

тетеретенмоуі) *ut non ambuletis Eph.* IV. 17, vide in utroque textu *Act.* X. 47. II. *Cor.* VI. 1.

Cum articulo et subiecto legitur I. *Petr.* IV. 2 епхинтеqштемшωпи εἰς τὸ μὴ εἶναι.

Basmurica vidi еqшт̄мхωϩ *non tangere* I. *Cor.* VII. 1, vide etiam II. et IX. 6, tum еqшт̄мтре тесϩимі пωλєх *mulierem non discedere* ib. VII. 10, nec non ет̄мтреqметехі *ipsum non fore participem* ib. IX. 10, ubi tamen т̄м melius abesset, collato Graeco textu, et Sahidico, et Memphitico.

CAPUT XXII.

DE VERBIS PASSIVIS.

Verbum activum tribus modis evadit passivum; 1.° si eius tertia persona pluralis impersonaliter, ut aiunt grammatici, usurpetur; 2.° si vocalis formae activae mutetur in н; 3.° assumta desinentia.

I. Quemadmodum apud latinos voces *dicunt*, *ferunt* usurpantur pro *dicitur*, *fertur*, ita Copti, non secus ac Hebraei, utuntur tertia persona plurali impersonali quorumcumque temporum, uti аѵϯ *dederunt* pro *datum est.* Hinc петсаанщ нтетхωра *nutriebant eorum regionem* pro *nutriebatur eorum regio Act.* XII. 20, нтаѵтаат нсіоѵр *quos fecerunt eunuchos* pro *qui eunuchi facti sunt Matth.* XIX. 12, петемпоѵморq *quem non ligaverunt eum* pro *qui non fuit ligatus Sir.* XXVIII. 19.

Paria dic de participiis, етсооѵн ммон *cogniti nos*, етхпіо ммок *redargutus tu*; оѵннон етеіне ммос πνοῆ φερομένη.

Quodsi subiicienda sit particula efficiens *ab*, seu graeca ὑπὸ, Copti utuntur praepositione ϩⲓⲧⲉⲛ, vel ⲉⲃⲟⲗϩⲓⲧⲉⲛ. Sic ⲛ̄ⲥⲉⲡⲟⲣⲕⲟⲩ ϩⲓⲧⲉⲛ ϩⲉⲛⲧⲏⲩ *eradicabuntur a ventis*, ⲁⲩⲧⲛ̄ⲛⲟⲟⲩϥ ⲉⲃⲟⲗϩⲓⲧⲉⲛ ⲛ̄ⲁⲣⲭⲓⲉⲣⲉⲩⲥ *missus fuit a sacerdotibus*, ⲉⲩⲡⲓⲣⲁⲍⲉ ⲙ̄ⲙⲟϥ ϩⲓⲧⲉⲙ ⲡⲇⲓⲁⲃⲟⲗⲟⲥ *tentatus ipse a diabolo*.

Quandoque etiam infinitum activum nominativo carens accipitur pro passivo, sic ⲛⲉⲩⲙ̄ⲡϣⲁ ⲛ̄ⲕⲟⲗⲁⲍⲉ ⲙ̄ⲙⲟⲟⲩ *digni erant punire eos, qui punirentur Sap.* 858.

II. Superius agens de Radicibus Derivatis dixi, si vocalis radicis mutetur in ⲏ passivum existere verbum. Praeter exempla ibi allata, haec habe

ⲟⲩⲱϩ *ponere*, ⲟⲩⲏϩ *poni*
ⲙⲟⲩⲣ *ligare*, ⲙⲏⲣ *ligari*
ⲥⲁϩ *scribere*, ⲥⲏϩ *scribi*
ⲧⲱϩ *miscere*, ⲧⲏϩ *misceri*
ϣⲱϣ *contemnere*, ϣⲏϣ *contemni*
ϭⲓ *accipere*, ϭⲏⲟⲩ *accipi*.

Saepe tamen forma in ⲏ activam servat significationem, quod *etacismo* acceptum refero. Scilicet ϩⲏⲡ *abscondi* quandoque etiam notat *abscondere*, quia tunc pro activo ϩⲉⲡ *abscondere* scribitur.

III. Desinentia T. ⲏⲩ, M. ⲏⲟⲩⲧ (Basmurici utraque promiscue utuntur) format etiam verba passiva, sed saepius participia verborum in ⲟ desinentium. Sic

ⲧⲁⲗⲟ *imponere* T. ⲧⲁⲗⲏⲩ M. ⲧⲁⲗⲏⲟⲩⲧ *imponi*
ⲧⲁⲕⲟ *perdere* ⲉⲧⲧⲁⲕⲏⲩ ⲉⲧⲧⲁⲕⲏⲟⲩⲧ *perditus*
ⲧ̄ⲃⲃⲟ *mundare* ⲉⲧⲧ̄ⲃⲃⲏⲩ ⲉϥⲧⲟⲩⲃⲏⲟⲩⲧ *mundus*.

His adde T. ⲉⲧⲧⲁϫⲣⲏⲩ *firmatus*, ⲉⲧⲧⲁⲉⲓⲏⲩ *honoratus*, ⲉⲧⲧⲙⲁⲉⲓⲏⲩ *iustificatus*, ⲉⲧⲕⲧⲏⲩ *aedificatus*, et M. ⲉⲧⲧⲁϫⲣⲏⲟⲩⲧ, ⲉⲧⲧⲁⲓⲏⲟⲩⲧ etc. Basmurici habent ⲉⲧⲧⲁⲓⲏⲟⲩⲧ *honoratus*, ⲧⲉⲃⲏⲩ *mundari*.

IV. Addito ⲧ, nonnulla participia passiva formantur, ⲉⲧⲥⲁⲛⲁϣⲧ *saginatus*, ⲉⲧϣⲉⲣϣⲟⲣⲧ *destructus*, ⲉⲧⲥϩⲟⲩⲟⲣⲧ

maledictus, a cⲁⲛϣ *saginare*, ϣⲣϣⲟⲣ *destruere*, ⲥϩⲟⲩⲟⲣ *maledicere*.

CAPUT XXIII.

DE VERBO SUBSTANTIVO ⲡⲉ ⲧⲉ ⲛⲉ.

Articulus definitus Thebanus ⲡⲉ, ⲧⲉ, ⲛⲉ usurpatur etiam in tribus dialectis pro verbo *esse*. Affixa personarum numquam accipit; tria tantum habet tempora, praesens, imperfectum, et participium.

1.° ⲡⲉ proprie construitur cum solo masculino singulari, sic

ⲁⲛⲟⲕ ⲡⲉ *ego sum Act.* VIII. 9. *Marc.* XIV. 19.
ⲛ̄ⲧⲟⲕ ⲡⲉ *tu es Z.* 212. *Ioh.* I. 21 (ⲛ̄ⲧⲁⲕ ⲡⲉ *Z.* 160 B.).
ⲫⲁⲓ ⲡⲉ *hic est Ioh.* I. 15.

Sed construitur etiam cum feminino, et plurali, sic

ⲧⲉⲩϩⲁⲏ ⲡⲉ ⲧⲙⲛⲧⲡⲉⲧϣⲟⲩⲉⲓⲧ *eorum finis est vanitas Ming.* 315.
ⲁⲛⲟⲛ ⲡⲉ *nos sumus* I. *Ioh.* III. 1. I. *Cor.* X. 17.
ⲛⲧⲱⲧⲛ ⲡⲉ *vos estis Matth.* V. 14.
ⲛⲁⲓ ⲡⲉ *ista sunt Ioh.* XX. 18.

Particula negativa ⲁⲛ praeponitur verbo ⲡⲉ, licet ceteris verbis subiungi soleat, sic

ⲁⲛⲟⲕ ⲁⲛ ⲡⲉ *non sum Ioh.* III. 28.
ⲛⲑⲟⲕ ⲁⲛ ⲡⲉ *non es Ioh.* I. 25.
ⲛⲏⲉⲧⲉ ⲁⲛ ⲡⲉ *qui non sunt Ioh.* I. 13.

2.° ⲧⲉ proprie construitur cum solo feminino singulari, sic

ⲧⲁⲥⲁⲣⲝ ⲧⲉ *caro mea est Ioh.* VI. 55.
ⲑⲁⲓ ⲧⲉ *haec est Ioh.* I. 19.
ⲧⲁⲓ ⲧⲉ ⲑⲉ *haec est ratio.*

Vide etiam *Matth.* xxii. 38. *Ioh.* iv. 23. I. *Tim.* v. 5.

Tamen occurrit пе оүсоні те *erat latro Ioh.* xviii. 40, ubi пе scribendum erat.

3.° пе proprie cum solo plurali construitur, sic

ⲛⲑⲱⲧⲉⲛ пе *vos estis Matth.* v. 14.

ⲛⲁⲓ пе *isti sunt Gen.* x. 1. 32.

Rara sunt exempla, in quibus те cum feminino, et пе cum plurali non construitur, sic ⲛⲓⲙ ⲡⲉⲧϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ пе *quis loquens est Iòh. Ioh.* iv. 10; contra пе saepe usurpatur pro те, et пе.

Imperfectum.

Solam temporis characteristicam admittit, servatis iis quae supra de genere, et numero, adnotavi. Hinc

пе ⲡⲥⲁϫⲓ пе *verbum erat Ioh.* i. 1.

пе ⲧⲫⲣⲱ те *hiems erat Ioh.* x. 22. *Matth.* iii. 4. *Iona* iii. 3.

пе ϩⲉⲛϣϫⲉ пе *erant locustae Màtth.* iii. 4.

Participium.

Verbo пе praecedit ⲉ participii, sic

ⲉⲩⲥⲁⲣⲝ (pro ⲉⲟⲩ) пе *σὰρξ ὢν Sir.* xxviii. 5.

ⲉⲡⲁⲓ ⲡⲛ̄ⲁ ⲣⲱ пе *cum sit hic idem spiritus* I. *Cor.* xii. 4. 5. 6.

ⲉⲟⲩⲣⲁⲙⲁⲟ пе *cum dives sit* II. *Cor.* viii. 9.

ⲉⲩϫⲓⲛϭⲟⲛⲥ те *cum sit iniquitas Sir.* xix. 23. 25.

ⲉϩⲉⲛϣⲏⲣⲉ пе *cum sint filii* II. *Pètr.* ii. 14.

CAPUT XXIV.

DE VERBO ϫⲉ VEL ϫⲱ *dicere*.

Si verbum *dicere* comitem habet accusativum, Copti utuntur voce ϫⲉ, vel ϫⲱ, uti ⲁϥϫⲱ (M. ⲁϥϫⲉ) ⲛ̄ϯⲡⲁⲣⲁⲃⲟⲗⲏ *dixit hanc parabolam Luc.* xv. 3, vide *Matth.* xvii. 9. xxvi. 35. 44. Et cum suffixis T. ⲡⲉⲛⲧⲁⲩϫⲟⲟϥ, M. ⲫⲏⲉⲧⲁⲩϫⲟϥ *quod dixerunt Matth.* xxi. 4, T. ⲛⲓⲙ ⲉⲧⲟⲩⲛⲁϫⲟⲟⲩ, M. ϩⲱⲃ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲧⲟⲩⲛⲁϫⲟⲧⲟⲩ *omnia quae dicent Matth.* xxiii. 3.

Si caret accusativo, Copti omnibus verbi ϫⲱ temporibus, excepto perfecto ⲡⲉϫⲉ, affigunt suffixum fem. ⲥ, vel ⲙ̄ⲙⲟⲥ, quod neutre accipiendum est. Hinc

Praesens ϯϫⲱ ⲙ̄ⲙⲟⲥ, vel ϯϫⲟⲟⲥ T, ϯϫⲟⲥ M. *dico.*

Imperfectum ⲛⲉⲓϫⲱ ⲙ̄ⲙⲟⲥ T, ⲛⲁⲓϫⲱ ⲙ̄ⲙⲟⲥ M. *dicebam.*

Tum alia tempora T. ϣⲁⲓϫⲟⲟⲥ *dico*, M. ⲉⲩⲛⲁϫⲟⲥ *dicent*, T. ⲉⲕⲉϫⲟⲟⲥ *dices*, ⲛ̄ϥϫⲟⲟⲥ *dicet*, et infinitum T. ϫⲟⲟⲥ, M. ϫⲟⲥ *dicere*, nec non imperativum T. ⲁϫⲓⲥ, M. ⲁϫⲟⲥ *dic.* Sed in participio pro ⲥ adhibetur ⲙ̄ⲙⲟⲥ, hinc ⲉϥϫⲱ ⲙ̄ⲙⲟⲥ *dicens*, ⲉⲩϫⲱ ⲙ̄ⲙⲟⲥ *dicentes.*

His accedit perfectum ⲁⲕϫⲟⲟⲥ T, ⲁⲕϫⲟⲥ M. *dixisti Matth.* xxvi. 25, vide et xxvii. 43; tum ⲁ ⲡⲁⲓ ϫⲟⲟⲥ T, ⲁ ⲫⲁⲓ ϫⲟⲥ M. *hic dixit* ib. xxvi. 61.

Sed longe usitatius est perfectum ⲡⲉϫⲉ *est dicens*, cuius suffixa notant personas. Hinc M. ⲡⲉϫⲏⲓ *dixi*, ⲡⲉϫⲁⲕ *dixisti*, ⲡⲉϫⲁϥ, ⲡⲉϫⲁⲥ *dixit*, ⲡⲉϫⲁⲛ *diximus*, ⲡⲉϫⲱⲧⲉⲛ *dixistis*, ⲡⲉϫⲱⲟⲩ *dixerunt.* Cum Memphitis faciunt Thebani, si excipias ⲡⲉϫⲁⲓ *dixi*, et ⲡⲉϫⲁⲩ *dixerunt.* Basmurici cum ⲉ scribunt ⲡⲉϫⲉϥ, ⲡⲉϫⲉⲥ, ⲡⲉϫⲉⲩ. In tertia persona cum nominativo habes ⲡⲉϫⲉ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅, vel ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲉϫⲁϥ, vel ⲡⲉϫⲁϥ ⲛ̄ϭⲓ (M. ⲛ̄ϫⲉ) ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ *dixit Iesus.*

CAPUT XXV.

DE FORMIS VERBORUM MUTATIS OB SUFFIXA.

Quemadmodum in dialectis Semiticis formae nominum et verborum paullo immutantur, ut aptiores evadant ad suffixa admittenda, sic in lingua Coptica verba assumtura suffixa formam saepe mutant, ut facilius cum suffixis coniungantur. Potiores canones harum mutationum recensebo.

ⲓ ultima.

Vocalem ⲓ suffixa vix ante se patiuntur, ac perrara sunt exempla, uti ⲙⲏⲓϥ, ⲙⲏⲓⲥ a ⲙⲟⲓ *da.* Quare verba in ⲓ desinentia vel solitarios pronominum casus adsciscunt, uti ϩⲉⲣⲓ ⲙⲙⲟϥ, ⲁⲧⲁⲙⲟⲛⲓ ⲙⲙⲟⲓ, quod frequentissimum est; vel novam induunt formam.

Monosyllaba addunt ⲧ, sic

Abs. ϣⲓ, ϥⲓ, ϫⲓ, ϩⲓ, ϭⲓ.

Const. ϣⲓⲧ, ϥⲓⲧ, ϫⲓⲧ, ϩⲓⲧ, ϭⲓⲧ.

Ita etiam nonnulla bisyllaba imperativa,

Abs. ⲁⲗⲓ *tolle*, ⲁⲛⲓ *duc*, ⲁⲣⲓ *fac.*

Const. ⲁⲗⲓⲧ, ⲁⲛⲓⲧ, ⲁⲣⲓⲧ.

Bisyllaba, amisso ⲓ, formam breviant

Abs. ϭⲓⲥⲓ, ⲧⲟϫⲓ, ϫⲓⲙⲓ, ϣⲓⲛⲓ, ⲙⲓϣⲓ, ⲙⲓⲥⲓ.

Const. ϭⲁⲥ, vel ϭⲉⲥ, ⲧⲟϫ, ϫⲉⲙ, ϣⲉⲛ, ⲙⲁϣ, ⲙⲁⲥ.

Scilicet ϭⲁⲥ, ϭⲉⲥ, ⲧⲟϫ etc. sunt formae absolutae antiquatae, quas recentior sermo non usurpat nisi cum suffixis; in aliis radicibus adhuc usu frequentantur, uti ⲫⲁⲥ ⲫⲉⲥ ⲫⲓⲥⲓ *coquere*, ϥⲟϫ ϥⲉϫ ϥⲱϫⲓ *evellere.*

Irregularia sunt

Abs. ⲥⲉⲃⲓ, ⲥⲉⲙⲛⲓ, ϣⲉⲙϣⲓ.

Const. ⲥⲟⲃϯⲧ, ⲥⲉⲙⲛⲏⲧ vel ⲥⲉⲙⲛⲓⲧ, ϣⲉⲙϣⲏⲧ.

Hisce adde ⲥⲟϩⲓ ⲥⲁϩⲱ, et ϯ *dare*, ⲧⲁⲁ T, ⲧⲏⲓ M.

ⲉ *ultima.*

Verba desinentia in ⲉ vel Thebana sunt, vel etiam Memphitica. Si Thebana, ac respondent Memphiticis in ⲓ, affines patiuntur mutationes, sic

Abs. ⲙⲓⲥⲉ, ϫⲓⲥⲉ, ϩⲓⲥⲉ, ⲥ̄ⲃⲃⲉ, ⲧⲱϭⲉ.

Const. ⲙⲁⲥⲧ, ϫⲁⲥⲧ, ϩⲁⲥⲧ, ⲥ̄ⲃⲃⲏⲧ, ⲧⲟϭ.

Quod si Thebana sint et Memphitica, plerumque evenit, ut altera etiam forma in ⲟ frequentetur; hac utuntur Copti tum absolute, tum cum suffixis, alia vero in ⲉ semper absolute. Quare verba ⲧⲟⲩⲃⲉ, ⲧⲁⲕⲉ, ⲧⲁⲗϭⲉ, ⲧⲁⲗⲉ, ⲧⲥⲁⲃⲉ, ⲧⲥⲉ, ⲧⲁⲙⲉ, ϯⲁϯⲉ, ⲧⲫⲉ sunt absoluta, at formae ⲧⲟⲩⲃⲟ, ⲧⲁⲕⲟ, ⲧⲁⲗϭⲟ, ⲧⲁⲗⲟ etc. in ⲟ, sunt absolutae et constructae.

Irregularia sunt ϩⲁⲧⲉ ϩⲁⲁⲧ, ⲙⲉⲥⲧⲉ ⲙⲉⲥⲧⲱ, et T. ⲙⲉⲣⲉ ⲙⲉⲣⲓⲧ, seu M. ⲙⲉⲛⲣⲉ ⲙⲉⲛⲣⲓⲧ.

ⲉ *ultimae syllabae, cui sequitur consona.*

In verbis monosyllabis mutari solet in ⲁ, hinc

Abs. ⲣⲉⲕ, ⲙⲉϩ, ⲫⲉϣ, ϣⲉϣ, ⲣⲉⲕⲧ.

Const. ⲣⲁⲕ, ⲙⲁϩ, ⲫⲁϣ, ϣⲁϣ, ⲣⲁⲕⲧ.

Quod si horum verborum etiam alia forma in ⲱ frequentetur, tunc inde arcessitur forma constructa in ⲟ, quae sola in usu est. Sic

Abs. ⲫⲉⲛ ⲫⲱⲛ, ⲧⲉϭ ⲧⲱϭ, ⲧⲉϣ ⲧⲱϣ, ⲧⲉⲡ ⲧⲱⲡ, ϥⲉⲣϫ ϥⲱⲣϫ.

Const. ⲫⲟⲛ ⲧⲟϭ ⲧⲟϣ ⲧⲟⲡ ϥⲟⲣϫ.

In bisyllabis si post ⲉ sequatur ⲃ vel ⲙ, vocalis ⲉ postponitur consonae. Sic T. ⲡⲟⲩϩⲉⲙ ⲡⲁϩⲙⲉ, ⲟⲩⲱⲧⲃ ⲟⲩⲟⲧⲃⲉ, ⲟⲩⲱϩⲙ ⲟⲩⲁϩⲙⲉ, ⲥⲱⲣⲙ ⲥⲟⲣⲙⲉ, ⲥⲱⲧⲙ ⲥⲟⲧⲙⲉ, ⲧⲱϩⲙ ⲧⲁϩⲙⲉ, ⲱϣⲙ ⲟϣⲙⲉ, ϩⲱⲧⲃ ϩⲟⲧⲃⲉ, ϫⲱⲕⲙ ϫⲟⲕⲙⲉ, ϫⲱϩⲙ ϫⲁϩⲙⲉ, et M. ⲡⲟϩⲉⲙ ⲡⲁϩⲙⲉ, ⲟⲩⲱⲧⲉⲃ ⲟⲩⲟⲑⲃⲉ, ⲟⲩⲱϩⲉⲙ ⲟⲩⲁϩⲙⲉ, ⲣⲱⲧⲉⲃ ⲣⲟⲑⲃⲉ, ⲥⲱⲣⲉⲙ ⲥⲟⲣⲙⲉ, ⲥⲱⲧⲉⲙ ⲥⲟⲑⲙⲉ, ⲥⲱϧⲉⲙ ⲥⲁϧⲙⲉ, ⲑⲱϩⲉⲙ ⲑⲁϩⲙⲉ, ϣⲣⲉⲃ

ορϐε, ωϣεμ οϣμε, ϧωτεϐ ϧοθϐε, ϩωλεμ ϩολμε, ϫωκεμ ϫοκμε, ϭωϧεμ ϭαϧμε. At haec verba amittunt ε formae constructae assumtura suffixum ον; uti αϥπαϩμον, αϥοτοτϐον.

Irregularia sunt ταπϩετ ταπϩοττ, τοτπες τοτπος.

εν *ultima*.

Neque hanc diphthongum praefixa tolerant ante se, quare in ον mutatur, uti τ̄ππεν *mittere*, cum suffixis τ̄ππoον; sed τ̄ππooτc scribitur ante suffixum ον tertiae personae pluralis τεππooτcoν, ut vitetur ingratus auribus concursus τεππooτoν. Idem etiam dic de verbis in ον desinentibus; sic a ϫooν fit αιϫooτcoν *misi eos Iòh.* xvii. 18.

ον *ultimae syllabae*.

Mutatur in o; nam Copti, non secus ac Hebraei, longas vocales formae absolutae mutant in breves. Sic μοτλϫ μολϫ, μοτλϩ μολϩ, μοτπκ μόπκ, μοτρ μορ, ποτϣπ ποϣπ, μοτϫτ μοϫτ.

ω *ultima*.

Thebaice mutatur in oo, uti cω coo; Thebaice etiam et Memphitice in α, uti χω χα, κω κα vel καα.

ω *ultimae*.

Mutari solet in brevem o, uti λωϫ λοϫ; ωμc oμc, κωλ κολ, οτωπϩ οτοπϩ, οτωμ οτομ, πωϣc ποϣc, et sexcenties. At verba θοτωτ, cεϐτοτ, coττωπ, coτωπ, aliaque servant ω.

Mutatur etiam in α, uti οτωϩμ οταϩμ, πωϩτ παϩτ, ρωϧτ ραϧτ, τωϩ ταϩ.

ⲛ ultima.

Nonnulla verba monosyllaba desinentia in ⲛ adsciscunt ⲧ, uti ⲉⲛ ⲉⲛⲧ, ϭⲛ̄ ϭⲛ̄ⲧ.

Canones generales constitui. Sunt tamen nonnulla verba omnino anomala. In his T. ⲁ *facere* ⲁⲁ, M. ⲁⲓ *facere* ⲁⲓ vel ⲁⲓⲧ, M. ⲥⲁϧ *scribere* ⲥϧⲏⲧ.

CAPUT XXVI.

DE SUFFIXIS VERBORUM.

Suffixa, seu pronomina, suffiguntur formae constructae verborum tamquam eorum accusativi. Porro suffixa haec sunt

Pers.	1		ⲧ, ⲓ
	2	m.	ⲕ, ⲅ
		f.	T. ⲧⲉ, ⲉ, M. ϯ, ⲓ
	3	m.	ϥ
		f.	ⲥ
Plur.	1		T. ⲛ, ⲧⲛ̄, M. ⲛ; ⲧⲉⲛ
	2		T. ⲧⲛ̄, M. ⲧⲉⲛ
	3		ⲟⲩ.

Prima Persona Singularis.

Suffixum ⲓ affigitur verbis desinentibus in ⲟ, uti ⲧ̄ⲃ̄ⲃⲟⲓ *mundare me*, ⲙⲁⲧⲟⲩϫⲟⲓ *libera me*. Pro ⲓ raro occurrit ⲉⲓ, sic ⲙ̄ⲡⲣ̄ⲧ̄ⲙ̄ⲥⲧⲟⲉⲓ *ne reprobes me*. Cetera verba adsciscunt ⲧ, uti ⲁⲧⲉⲧⲛ̄ϣⲱⲡⲧ̄ *recepistis me*, ⲁⲁⲧ *fac me*, et M. ⲁϥϫⲁⲧ *posuit me*, ⲉⲑⲛⲁϫⲉⲙⲧ *qui reperiet me*. Si verbum desinat in ⲧ, duplex ⲧ scribitur, uti ⲁⲓⲉⲓⲧⲧ

proieci me, ⲁϥϥⲓⲧⲧ *tulit me*; vel unicum, sic ⲙⲟⲩⲟⲩⲧ *interficere me Ioh.* VII. 19, ⲁⲕⲟⲟⲧ *salvasti me Sir.* LI. 2, ϯⲁϩⲉⲣⲁⲧ *sto I. Cor.* X. 12.

Secunda Masculina Singularis.

Thebaice ⲅ pro ⲕ scribitur post ⲛ, uti ⲁϥⲥⲟⲩⲱⲛⲅ *cognovit te*, ⲧⲟⲟⲩⲛⲅ *surge.*

Secunda Feminina Singularis.

Suffixum est T. ⲧⲉ, M. ϯ, uti ⲥⲉⲛⲁϥⲓⲧⲉ, ⲥⲉⲛⲁϥⲓϯ *tollent te Act.* V. 9, ϯⲛⲁⲭⲁϯ *ponam te*, ⲟⲉⲛⲁⲕⲱϯ *Luc.* XIX. 43, ⲉϥⲉⲥⲟⲧϯ *Mich.* IV. 10, ϯⲛⲁϫⲟⲣϯ ib. VI. 14, ⲛⲧⲁⲧⲏⲓϯ ib. VI. 16, ⲉϥⲉⲟⲩⲟⲙϯ *Nah.* III. 15, ⲉϥⲉⲁⲓϯ *Soph.* III. 17.

Excipe 1.° verba, quorum forma constructa desinit in ⲉ, nam Memphitice pro ⲉ adsciscunt ⲓ, Thebaice vero ipsa desinentia instar est suffixi, sic ⲁⲥⲛⲁϩⲙⲉ, ⲁϥⲛⲁϩⲙⲓ *salvabit te Matth.* IX. 22.

2.° Verba in ⲟ desinentia, quae suffixum respuunt, uti ⲥⲉⲛⲁⲧⲁⲛϧⲟ *vivam servabunt te Gen.* XII. 12, ⲉⲧⲉⲧⲁϩⲟ *apprehendent te Mich.* VI. 14. Idem iam contingere vidimus in pronominibus ⲉⲣⲟ, ⲙ̄ⲙⲟ.

Tandem occurrit anomalum ⲥⲉⲛⲁϩⲉϫϩⲱϫⲓ pro ϫϯ *Luc.* XIX. 43, et ⲧⲱⲟⲩⲛⲓ *surge Mich.* IV. 13. *Luc.* VIII. 54. *Act.* IX. 40, pro quo Thebanus textus habet ⲧⲱⲟⲩⲛ.

Prima Pluralis.

Habet etiam duplex suffixum ⲛ, et ⲧⲛ.

Thebanis arridet ⲛ, hinc ⲧ̄ⲃⲃⲟⲛ *purificare nos*, ⲁⲛⲟⲩⲁϩⲛ *secuti sumus*, ⲕⲛⲁⲛⲟϫ̄ⲛ *eiicies nos*, ⲛ̄ⲅⲛⲁϩⲙ̄ⲛ *libera nos.* Formae vero ϫⲓⲧ̄ⲛ *accipere nos*, ⲉⲛⲧ̄ⲛ *du-*

cere nos, et similes habent ⲧ ex ipsa forma constructa. His adde ⲙⲉⲣⲉⲧⲛ̄ I. *Ioh.* IV. 10, 11, quod v. 19 rectius scribitur ⲙⲉⲣⲓⲧⲛ̄ *amare nos*, a ⲙⲉⲣⲉ, cuius forma constructa est ⲙⲉⲣⲓⲧ.

Memphitae vero adhibent ⲛ post ⲁ, ⲉ, ⲟ, ⲟⲩ, uti ⲭⲁⲛ *ponere nos*, ⲛⲁϩⲙⲉⲛ, ⲑⲉⲃⲓⲟⲛ, ⲧⲁⲛϩⲟⲩⲛ. Alibi semper ⲧⲉⲛ, sic ⲧⲏⲓⲧⲉⲛ *dare nos*, ⲟⲡⲧⲉⲛ *aestimare nos*, ⲫⲟⲣϫⲧⲉⲛ *separare nos*. Etiam post ⲧ, uti ϩⲓⲧⲧⲉⲛ *proiicere nos*, ⲥⲟⲧⲧⲉⲛ *redimere nos*, quod tamen unico ⲧ scribi potest ϩⲓⲧⲉⲛ *Matth.* VIII. 31. Rara sunt apud Memphitas Thebaica ϫⲉⲙⲉⲛ *invenire nos* I. *Cor.* XV. 15, ⲥⲱⲟⲩⲛⲉⲛ *cognoscere nos* II. *Cor.* I. 14, ⲧⲟⲩⲛⲟⲥⲉⲛ *vivificare nos* *Eph.* II. 16, ⲥⲟⲧⲡⲉⲛ *eligere nos* ib. I. 4; alibi tamen occurrunt Memphitica ϫⲉⲙⲧⲉⲛ *Psal.* XLV. 1, ⲥⲟⲧⲱⲡⲧⲉⲛ *Psal.* LXXIII. 8.

Perpauca quae vidi exempla Basmurica, cum sint verborum in ⲉ vel ⲧ desinentium, nequeunt dialecti indolem illustrare.

Secunda Pluralis.

Utraque dialectus maxime cavit, ne confusio oriretur inter suffixum huius personae, atque illud praecedentis; quare

Memphitice quae verba adsciscunt ⲛ uti suffixum primae pluralis, eadem adhibent ⲧⲉⲛ in secunda; sic ⲧⲁⲙⲟⲛ *docere nos*, ⲧⲁⲙⲟⲧⲉⲛ *docere vos*. Cetera verba utuntur pronomine ⲑⲏⲛⲟⲩ, de quo dixi supra p. 61 sq., sic ϣⲁⲛⲉϣ ⲑⲏⲛⲟⲩ *nutrire vos*.

Thebaice idem dicendum, nisi quod pro ⲧⲉⲛ et ⲑⲏⲛⲟⲩ scribitur ⲧⲛ̄, et ⲧⲏⲩⲧⲛ̄.

Tertia Pluralis.

Tres dialecti consentiunt, ϣⲟⲡⲟⲩ *accipere eos.*

Si forma constructa desinat in ⲉ, haec vocalis reiicitur, ⲡⲁϩⲙⲟⲩ *liberare eos.* At permanet in B. ⲕⲉⲟⲩ *ponere eos Q.* 233, utpote radicalis.

Ultima ⲟ mutatur Memphitice in ⲱ, ⲑⲁⲙⲓⲱⲟⲩ *creare eos.*

Ultima ⲁ coalescens cum suffixo ⲟⲩ dat ⲁⲩ, sic T. ⲕⲁⲁⲩ, M. ⲭⲁⲩ *ponere eos.*

Thebaica verba in ⲟⲩ, uti ⲧⲛ̄ⲛⲟⲟⲩ *mittere*, ϫⲟⲟⲩ *mittere*, et ⲥϩⲁⲓ *scribere*, ante suffixum ⲟⲩ adsciscunt ⲥ, quare ϫⲟⲟⲩⲥⲟⲩ *mittere eos*, ⲥϩⲁⲓⲥⲟⲩ *scribere ea.*

Monitum.

Finem Grammaticae impono, quin de Syntaxi dicam. Praeterquamquod enim in lingua geometrica, cuiusmodi Copticam esse vidimus, par est syntaxis, quae ordinem naturalem sequitur, neque inversionem verborum patitur; tum si quid erat observatione dignum iam praeoccupavi, ac pro re nata superius exposui.

ADDITAMENTA

AD LEXICON LINGUAE COPTICAE

Quantum ego profecerim ex Codicibus Borgianis in bibliotheca Collegii Propagandae Fidei asservatis facile quisque intelliget ex sequentibus Additamentis ad meum Lexicon, quae omnia laudatis membranis accepta refero. Quare quo maiora sunt earum in me merita, eo etiam maiorem gratiam non tantum habere debeo, sed etiam referre non dicam verbis, at re ipsa et factis. Porro referam, mutilum Borgianum Codicem, quantum in me est, redintegrans, simulque Emin. Cardinalis Borgiae memoriam eruditis omnibus venerandam, mihi vero longe iucundissimam instaurans.

Septem membranae Copticae, eaeque antiquissimae, in Borgiano Museo Veliterno servabantur, quae duo Miracula S. Coluthi Martyris referebant; nempe erant male mulcatae reliquiae maioris codicis, qui integra acta cum huius Martyris, tum aliorum Christi athletarum tenebat. Hisce vero fragmentis mirifice delectatus Antonius Georgi, Eremita Augustinianus, vir Coptice doctus, multaque eruditione insignis, ea evulgavit in volumine IV *Anecdotorum* Romae anno 1783. Postea, fortunante Deo, cum duas alias membranas invenisset in Aegyptiacorum *ἀποσπασματίων* fasciculo ad Emin. Borgiam ex ultima Thebaide advecto, novam omnium membranarum editionem proferre constituit, quae decennio post Romae lucem vidit, aucta reliquiis Actorum S. Panesniv, aliisque Copticis fragmentis in adnotationum seriem insertis. Nam Georgius tanta multigenae doctrinae copia affluebat, ut, dum eam expromere vellet, modum tenere nescius monumenta monumentis acervaret, atque excursum digressioni annecteret; quare in commemorato

volumine Copticas iuxta ac Samscriticas litteras attigit, cum novatoribus decertavit, ac longam cum Brahmanis velitationem instituit. Sed quando duo Coluthi Miracula edebantur in lucem, decebat de incliti Martyris genere, ortu, atque agone dicere. Hanc partem pertractandam suscepit Emin. Cardinalis Borgia, qui, conquisitis omnium paene sive Orientis sive Aegypti Ecclesiarum monumentis, adhibito etiam critico in iis diiudicandis acumine, suam in eruditione diligentiam, et in coniiciendo felicitatem omnibus approbavit. Quanta porro laetitia exultasset Romanus Princeps, si novam eamque primam Martyrii membranam, in qua annus, dies, locus, aliaque sancti certaminis adiuncta produntur, cognovisset! Hanc ego inveni inter perpaucas, easque solutas, vetustioris aevi membranas Aegyptias, quae in R. Parisiensi Bibliotheca asservantur; nam ceteri huiusce Bibliothecae Codices Coptici recentiores sunt, ac fere omnes chartacei et Memphitici. Opportunum hoc mihi inventum contingit, ut sororiae membranae apographum schedis Collegii Propagandae Fidei optime de me meritis restituam, novaque auctoritate communiam quae de S. Colutho Cardinalis Borgia subtiliter disputaverat. Hic Taurinum pertransiens me adolescentem litterarum Orientalium studio flagrantissimum viderat, ac Romam invitaverat blandissimis verbis spondens se mihi patronum fore; at quando, vix elapso mense, suas measque spes mors cita abrupit, mihi saltem liceat hunc flosculum, tamquam grati animi testimonium, eius tumulo imponere.

Ⲧⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲓⲁ ⲙ̅ⲡⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ ⲉⲧⲧⲁⲓⲏⲩ ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ ⲛ̅ⲧⲁϥϫⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ̅ ⲟⲩⲙ̅ⲛ̅ⲧϫⲱⲱⲣⲉ ⲛ̅ⲥⲟⲩϫⲟⲩⲧⲁϥⲧⲉ ⲙ̅ⲡⲉⲃⲟⲧ ⲡⲁϣⲟⲛⲥ. Ⲁⲥϣⲱⲡⲉ ⲇⲉ ϩⲛ̅ ⲧⲙⲉϩϫⲟⲩⲧⲟⲩⲉ ⲛ̅ⲣⲟⲙⲡⲉ ⲛ̅ⲇⲓⲟⲕⲗⲏⲧⲓⲁⲛⲟⲥ ⲙⲛ̅ ⲙⲁⲝⲓⲙⲓⲛⲓⲁⲛⲟⲥ ⲛ̅ⲣ̅ⲣⲱⲟⲩ ⲙ̅ⲡⲁⲣⲁⲛⲟⲙⲟⲥ ⲉⲧⲇⲓⲱⲕⲉ ⲛ̅ⲥⲁ ⲛⲉⲭⲣⲓⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲥ.

Ϩⲣⲁⲓ ⲇⲉ ϩⲛ̅ ⲥⲟⲩϫⲟⲩⲧⲟⲩⲉ ⲙ̅ⲡⲉⲃⲟⲧ ⲡⲁϣⲟⲛⲥ ⲁⲩⲡⲁⲣϩⲓⲥⲧⲁ ⲙ̅ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲕⲟⲗⲗⲟⲩⲑⲟⲥ ⲛ̅ⲁⲣⲓⲁⲛⲟⲥ ⲡϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲉϥϩⲙⲟⲟⲥ ϩⲓ ⲡⲃⲏⲙⲁ ⲛ̅ϩⲟⲩⲛ ⲉϣⲙⲟⲩⲛ. ⲁⲣⲓⲁⲛⲟⲥ ⲇⲉ ⲡϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲛ̅ⲑⲏⲃⲁⲉⲓⲥ ⲡⲉϫⲁϥ ⲛ̅ⲁⲡⲁ ⲕⲟⲗⲗⲟⲩⲑⲟⲥ ϫⲉ ⲕⲟⲩⲱϣ (tres lineae desiderantur) ϫⲱⲕ ⲉⲧⲣⲉⲕⲣ̅ⲥⲁⲃⲉ. ⲉϣϫⲉ ⲟⲩⲛ ⲟⲩϣⲓⲛⲉ ⲁⲙⲁϩⲧⲉ ⲙ̅ⲙⲟⲕ ⲕⲁⲧⲁ ⲟⲩⲙ̅ⲛ̅ⲧϣⲟⲩϣⲟ ⲁⲩⲱ ⲕⲁⲧⲁ ⲡⲛⲟⲙⲟⲥ ⲛ̅ⲛⲉⲭⲣⲓⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲥ. ⲧⲉⲛⲟⲩ ⲇⲉ ϩⲱⲱϥ ⲙⲁⲣⲉ ⲟⲩϣⲓⲛⲉ ⲉⲛⲁⲛⲟⲩϥ ⲉⲓ ⲛⲁⲕ ⲉⲧⲣⲉⲕϣⲙ̅ϣⲉ ⲛ̅ⲛ̅ⲛⲟⲩⲧⲉ ⲛ̅ⲛ̅ⲣ̅ⲣⲱⲟⲩ. ⲁϥⲟⲩⲱϣⲃ ⲛ̅ϭⲓ ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲕⲟⲗⲗⲟⲩⲑⲟⲥ ϫⲉ ⲙ̅ⲡⲉⲥϣⲱⲡⲉ ⲙ̅ⲙⲟⲓ ⲉⲛⲉϩ ⲉⲧⲣⲁⲕⲁ ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲛ̅ⲥⲱⲓ ⲧⲁϣⲙ̅ϣⲉ ⲛ̅ϩⲛ̅ⲉⲓⲇⲱⲗⲟⲛ ⲉϩⲉⲛϩⲃⲏⲩⲉ ⲛⲉ ⲛ̅ϭⲓϫ ⲛ̅ⲣⲱⲙⲉ ⲟⲩⲛ̅ ⲃⲁⲗ ⲙ̅ⲙⲟⲟⲩ ⲛ̅ⲥⲉⲛⲁⲩ ⲉⲃⲟⲗ ⲁⲛ ⲟⲩⲛ̅ ⲙⲁⲁϫⲉ ⲙ̅ⲙⲟⲟⲩ ⲛ̅ⲥⲉⲥⲱⲧⲙ̅ ⲁⲛ ⲟⲩⲛ̅ ⲧⲁⲡⲣⲟ ⲙ̅ⲙⲟⲟⲩ ⲙⲉⲩϣⲁϫⲉ. ϣⲁⲁⲛⲧⲟⲩ ⲙ̅ⲙⲟⲟⲩ ⲙⲉⲩϣⲱⲗⲙ̅ ⲛⲉⲩϭⲓϫ ⲙ̅ⲙⲟⲟⲩ ⲙⲉⲩϭⲟⲙϭⲙ̅ ⲛⲉⲩⲟⲩⲉⲣⲏⲧⲉ ⲙ̅ⲙⲟⲟⲩ ⲙⲉⲩⲙⲟⲟϣⲉ ⲙⲉⲩⲙⲟⲩⲧⲉ ϩⲛ̅ ⲧⲉⲩϣⲟⲩⲟⲃⲉ ⲙⲛ̅ ⲡⲛ̅ⲁ̅ ⲅⲁⲣ ⲛ̅ϩⲏⲧⲟⲩ ⲉⲩⲉⲣⲧⲉⲩϩⲉ ⲛ̅ϭⲓ ⲛⲉⲛⲧⲁⲩⲧⲁⲙⲓⲟⲟⲩ ⲙⲛ̅ ⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲙ ⲉⲧⲛⲁϩⲧⲉ ⲉⲣⲟⲟⲩ. ⲛ̅ⲧⲟⲕ ⲅⲁⲣ ⲙⲛ̅ ⲡⲉⲕⲣ̅ⲣⲱⲟⲩ ⲛ̅ⲁⲛⲟⲙⲟⲥ ⲁ ⲡⲇⲓⲁⲃⲟⲗⲟⲥ ⲧⲱⲙ ⲛ̅ⲛⲉⲥⲑⲏⲥⲓⲥ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲛ̅ⲧⲉⲧⲛ̅ⲯⲩⲭⲏ ⲛ̅ⲑⲉ ⲛ̅ⲛⲉⲧⲉⲧⲛ̅ϣⲙ̅ϣⲉ ⲛⲁⲩ. ⲁϥϭⲱⲛⲧ ⲇⲉ ⲛ̅ϭⲓ ⲁⲣⲓⲁⲛⲟⲥ ⲁϥⲕⲉⲗⲉⲩⲉ ⲛ̅ⲙ̅ⲙⲁⲧⲟⲓ ⲉⲧⲣⲉⲩⲕⲱ ⲉϩⲣⲁⲓ ϩⲓⲑⲏ ⲙ̅ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲕⲟⲗⲗⲟⲩⲑⲟⲥ ⲛ̅ⲛⲉϩⲛⲁⲁⲩ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲉϣⲁⲩⲃⲁⲥⲁⲛⲓⲍⲉ ⲛ̅ⲛ̅ⲣⲱⲙⲉ ⲛ̅ϩⲏⲧⲟⲩ. ϫⲉ ⲙⲉϣⲁⲕ ⲉⲃⲟⲗϩⲓⲧⲛ̅ ⲧⲉⲩϩⲟⲧⲉ ⲉϥⲉⲉϣϭⲙ̅ϭⲟⲙ ⲉⲡⲓⲑⲉ ⲙ̅ⲙⲟϥ ⲉⲑⲩⲥⲓⲁⲍⲉ ⲛ̅ⲛ̅ⲉⲓⲇⲱⲗⲟⲛ. ⲁⲩⲉⲓⲛⲉ ⲇⲉ ⲉⲧⲙⲏⲧⲉ ⲛ̅ⲟⲩⲕⲱϩⲧ ⲙⲛ̅ ⲟⲩⲛⲟϭ ⲛ̅ⲱⲛⲉ ⲉⲧⲣⲉⲩⲁϣⲧϥ̅ ⲉⲡⲙⲁⲕϩ̅ ⲙ̅ⲡⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ ⲙⲛ̅ ⲟⲩϩⲱⲧ ⲉϥⲙⲉϩ ⲛ̅ϣⲱ ⲙⲛ̅ ⲟⲩⲕⲁⲥⲓⲟ ⲙⲛ̅ ⲛⲕⲉⲥⲉⲉⲡⲉ ⲛ̅ⲕⲟⲗⲁⲥⲧⲏⲣⲓⲟⲛ. ⲛⲁⲓ ⲇⲉ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲛ̅ⲧⲉⲣⲟⲩⲕⲁⲁⲩ ⲙ̅ⲡⲉϥⲙ̅ⲧⲟ ⲉⲃⲟⲗ ⲡⲉϫⲉ ⲡϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲛⲁϥ ϫⲉ ⲱ ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲉ ⲁⲣⲓϩⲟⲧⲉ ϩⲏⲧⲟⲩ ⲛ̅ⲛⲉⲓ ⲃⲁⲥⲁⲛⲟⲥ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲉⲧⲕⲏ ⲉϩⲣⲁⲓ ϩⲓⲑⲏ

ⲙ̄ⲙⲟⲕ ⲛ̄ⲅ̄ⲑⲩⲥⲓⲁⲍⲉ ⲛⲉⲓⲃⲁⲥⲁⲛⲟⲥ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲙ̄ⲛ̄ ⲛⲉⲓⲙⲟⲕϩ̄ⲥ ⲉⲧ-
ϣⲟⲟⲡ ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲉⲧⲛⲁⲣ̄ ⲁⲧⲥⲱⲧⲙ ⲛ̄ⲥⲁ ⲛ̄ⲣ̄ⲣⲱⲟⲩ· ⲁϥⲟⲩⲱϣⲃ ⲇⲉ
ⲛ̄ϭⲓ ⲁⲡⲁ ⲕⲟⲗⲗⲟⲩⲑⲟⲥ ϫⲉ ϥ̄ⲥⲏϩ ϫⲉ ⲙ̄ⲡⲣ̄ⲣ̄ϩⲟⲧⲉ ϩⲏⲧⲟⲩ
ⲛ̄ⲛⲉⲧⲛⲁⲙⲟⲩⲟⲩⲧ ⲙ̄ⲡⲉⲧⲛ̄ⲥⲱⲙⲁ ⲉⲙ̄ⲛ̄ϭⲟⲙ ⲇⲉ ⲙ̄ⲙⲟⲟⲩ ⲉⲙⲟⲩ-
ⲟⲩⲧ ⲛ̄ⲛⲉⲧⲛ̄ⲯⲩⲭⲏ. ⲁⲣⲓϩⲟⲧⲉ ⲛ̄ⲧⲟϥ ϩⲏⲧϥ̄ ⲙ̄ⲡⲉⲧⲉⲟⲩⲛ̄ϭⲟⲙ
ⲙ̄ⲙⲟϥ ⲉⲧⲁⲕⲟ ⲛ̄ⲧⲉⲧⲛ̄ⲯⲩⲭⲏ ⲙ̄ⲛ̄ ⲡ(ⲉⲧⲛ̄)ⲥⲱⲙⲁ ϩⲣⲁⲓ (desunt
duae lineae) ⲙⲟⲗⲟⲅⲓ ⲙ̄ⲙⲟⲓ ⲙ̄ⲡⲙ̄ⲧⲟ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̄ⲛ̄ⲣⲱⲙⲉ
ϯⲛⲁϩⲟⲙⲟⲗⲟⲅⲓ ϩⲱ ⲛ̄ϩⲏⲧϥ̄ ⲙ̄ⲡⲙ̄ⲧⲟ ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̄ⲡⲁⲓⲱⲧ ⲉⲧϩⲛ̄
ⲙ̄ⲡⲏⲩⲉ ⲙ̄ⲛ̄ ⲛⲉϥⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ. ⲁⲩⲱ ⲟⲛ ϫⲉ ⲡⲉⲧⲛⲁ-
ⲁⲣⲛⲁ ⲙ̄ⲙⲟⲓ ⲙ̄ⲡⲙ̄ⲧⲟ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̄ⲛ̄ⲣⲱⲙⲉ ϯⲛⲁⲁⲣⲛⲁ ⲙ̄ⲙⲟϥ
ϩⲱ ⲙ̄ⲡⲙ̄ⲧⲟ ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̄ⲡⲁⲓⲱⲧ ⲉⲧϩⲛ̄ ⲙ̄ⲡⲏⲩⲉ ⲙ̄ⲛ̄ ⲛⲉϥⲁⲅⲅⲉ-
ⲗⲟⲥ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ. ⲁϥⲟⲩⲱϣⲃ ⲇⲉ ⲛ̄ϭⲓ ⲁⲣⲓⲁⲛⲟⲥ ⲡⲉϫⲁϥ ⲛ̄ⲁⲡⲁ
ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ ϫⲉ ⲛ̄ⲧⲁⲩⲙⲟⲩⲧⲉ ⲉⲣⲟⲕ ⲁⲛ ⲉϫⲉ ⲟⲩⲙⲏⲏϣⲉ ⲛ̄ϣⲁϫⲉ
ⲉⲕϣⲁⲛⲧⲟⲗⲙⲁ ⲛ̄ⲕⲉⲥⲟⲡ ⲉϣⲁϫⲉ ⲙ̄ⲡⲁⲙⲧⲟ ⲉⲃⲟⲗ ϯⲛⲁⲧⲣⲉⲩ-
ⲡⲱⲣⲕ ⲙ̄ⲡⲉⲕⲗⲁⲥ . . ⲅⲁⲣ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲉⲧⲁ . . . . ⲧⲟⲩ ⲙⲡⲉⲓⲙⲁ
(desunt duae lineae) ⲛ̄ϭⲓ ⲁⲡⲁ ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ ϫⲉ ⲡⲁϣⲟⲩϣⲟⲩ
ⲙ̄ⲛ̄ ⲡⲁⲕⲗⲟⲙ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲡⲉ· ϥ̄ⲥⲏϩ ⲅⲁⲣ ϫⲉ ⲁⲛⲟⲛ ⲉⲣⲉ ⲡⲉⲛ-
ⲡⲟⲗⲓⲧⲉⲩⲙⲁ ϩⲛ̄ ⲙ̄ⲡⲏⲩⲉ ⲡⲙⲁ ⲉⲧⲛ̄ϭⲱϣⲧ ⲉⲃⲟⲗϩⲏⲧϥ̄ ⲙ̄ⲡⲉⲛ-
ⲥⲱⲧⲏⲣ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲓ̄ⲥ̄. ⲡⲁⲓ ⲉⲧⲛⲁϣⲓⲃⲉ ⲙ̄ⲡⲥⲱⲙⲁ ⲙ̄ⲡⲉⲛⲑ̄ⲃⲃⲓⲟ
ⲉⲡⲉⲓⲛⲉ ⲙ̄ⲡⲥⲱⲙⲁ ⲙ̄ⲡⲉϥⲉⲟⲟⲩ ⲉⲧⲣⲉ ⲛ̄ⲃⲁⲗ ⲙ̄ⲡⲉⲧⲛ̄ϩⲏⲧ ϫⲓ
ⲟⲩⲟⲉⲓⲛ. ⲁϥⲟⲩⲱϣⲃ ⲛ̄ϭⲓ ⲁⲣⲓⲁⲛⲟⲥ ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲁϥ ϫⲉ ⲙⲏ ⲛ̄ⲧⲟⲕ
ⲟⲩⲇⲓⲁⲕⲟⲛⲟⲥ ⲏ ⲟⲩⲡⲣⲉⲥⲃⲩⲧⲉⲣⲟⲥ ϫⲉ ⲕⲧⲁⲩⲟ ⲛ̄ⲛⲉⲓϣⲁϫⲉ ⲙⲁ-
ⲧⲁⲙⲟⲓ ⲇⲉ ⲟⲛ ϫⲉ ⲟⲩ ⲧⲉ ⲧⲉⲕⲉⲓⲟⲡⲉ. ⲡⲉϫⲉ ⲁⲡⲁ ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ
ⲛⲁϥ ϫⲉ ⲕⲁⲧⲁ ⲡⲉⲓⲕⲟⲥⲙⲟⲥ ⲙⲉⲛ ⲁⲛ̄ⲅ̄ ⲟⲩⲥⲁⲉⲓⲛ ϫⲓⲛ
ⲧⲁⲙⲛ̄ⲧⲕⲟⲩⲓ . . ⲓⲧ ⲙ̄ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲁⲣⲓⲍⲉ ⲛⲁⲓ . . . . .
ⲑⲉⲣⲁⲡⲉⲩ (deest linea) ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲇⲉ ⲁⲛ̄ⲅ̄ ⲟⲩⲭⲣⲓⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲥ
ⲉⲓϣⲙ̄ϣⲉ ⲙ̄ⲡⲓ̄ⲥ̄ ⲡⲉⲭ̄ⲥ̄ ⲡⲁϫⲟⲉⲓⲥ. ⲁⲣⲓⲁⲛⲟⲥ ⲇⲉ ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲁϥ ϫⲉ
ⲑⲩⲥⲓⲁⲍⲉ ⲱ ⲕⲟⲗⲗⲟⲩⲑⲟⲥ ⲛ̄ⲅ̄ϣⲛ̄ϩⲧⲏⲕ ϩⲁⲣⲟⲕ. ⲙⲁⲣⲉ ⲟⲩⲟⲛ
ⲛⲓⲙ ϭⲱϣⲧ ⲛ̄ⲥⲱⲕ ⲕⲁⲗⲱⲥ ϩⲛ̄ ϩⲛ̄ⲥⲙⲟⲧ ⲉⲛⲁⲛⲟⲩⲟⲩ. ⲛ̄ⲧⲟⲕ
ⲅⲁⲣ ⲙ̄ⲡⲉⲕϯ ⲗⲁⲁⲩ ⲛ̄ⲛⲉϩⲣⲏⲧⲱⲣ ⲉⲧⲁϩⲉⲣⲁⲧⲟⲩ ⲉⲧⲣⲉⲩⲙⲓϣⲉ
ⲉϫⲱⲕ ⲛ̄ⲧⲟⲟⲩ ⲇⲉ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲉⲧϩⲓ ⲡⲉⲧⲉⲣⲏⲧ ⲙ̄ⲡⲉⲕϫⲓ ⲡⲉϥϩⲙⲟⲧ
ⲛ̄ⲥⲉϣⲁϫⲉ ⲉϫⲱⲕ. ⲁϥⲟⲩⲱϣⲃ ⲇⲉ ⲛ̄ϭⲓ ⲁⲡⲁ ⲕⲟⲗⲗⲟⲩⲑⲟⲥ ϫⲉ
ⲛ̄ϯⲭⲣⲓⲁ ⲙ̄ⲙⲟⲟⲩ ⲁⲛ ⲟⲩⲛ̄ⲧⲁⲓ ⲅⲁⲣ ⲙ̄ⲙⲁⲩ ⲙ̄ⲡⲁϫⲟⲉⲓⲥ ⲓ̄ⲥ̄
ⲡⲉⲭ̄ⲥ̄ ⲉϥⲙⲓϣⲉ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉϫⲱⲓ. ⲡⲉⲕⲃⲁⲥⲁⲛⲟⲥ ⲅⲁⲣ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲉⲧⲕⲏ

ⲉϩⲣⲁⲓ ϩⲛ̄ⲗⲁⲁⲩ ⲡⲉ ⲙ̄ⲡⲁⲙⲧⲟ ⲉⲃⲟⲗ ⲃⲁⲥⲁⲛⲟⲥ ϭⲉ ⲛⲓⲙ .... ⲛⲁⲕ ⲧⲁⲁⲩ ⲛ ..... ϭⲟ ⲙ̄ⲙⲟⲓ ⲉⲧ (desunt fere duo versus) ⲙⲉⲣⲉ ϣⲟⲉⲓϫ ϫⲓⲕⲗⲟⲙ ⲉⲓⲙⲏⲧⲓ ⲛ̄ϥⲙⲓϣⲉ, ⲕⲁⲗⲱⲥ. ⲁϥⲕⲉⲗⲉⲩⲉ ⲛ̄ⲧⲉⲩⲛⲟⲩ ⲛ̄ϭⲓ ⲡϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲉⲧⲣⲉⲩⲧⲁⲗⲟϥ ⲉⲡϩⲉⲣⲙⲏⲧⲁⲣⲓⲟⲛ ⲛ̄ⲥⲉϩⲱⲕⲉ ⲙ̄ⲙⲟϥ ⲁⲩⲱ ⲛ̄ⲥⲉϯϩⲃⲟⲕ ⲛⲁϥ. ⲛ̄ⲧⲉⲣⲟⲩⲧⲁⲗⲟϥ ⲇⲉ ⲉⲡϩⲉⲣⲙⲏⲧⲁⲣⲓⲟⲛ ⲁϥⲥⲫⲣⲁⲅⲓⲍⲉ ⲙ̄ⲙⲟϥ ⲛ̄ⲧⲉⲩⲛⲟⲩ ⲛ̄ϭⲓ ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ ⲁ ⲡϩⲉⲣⲙⲏⲧⲁⲣⲓⲟⲛ ⲟⲩⲱϭⲡ̄ ⲁϥⲣ̄ⲥⲛⲁⲩ. ⲡⲉϫⲁϥ ⲇⲉ ⲛ̄ϭⲓ ⲁⲣⲓⲁⲛⲟⲥ ϫⲉ ⲁⲛⲁⲩ ⲉⲧⲙ̄ⲙⲁⲅⲓⲁ ⲛ̄ⲛⲉⲭⲣⲓⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲥ ϫⲉ ⲟⲩⲁϣ ⲛ̄ϭⲟⲧ ⲧⲉ. ⲁϥⲕⲉⲗⲉⲩⲉ ⲇⲉ ⲛ̄ϭⲓ ⲡϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲉⲧⲣⲉⲩⲉⲓⲛⲉ ⲛ̄ⲕⲉϩⲉⲣⲙⲏⲧⲁⲣⲓⲟⲛ ⲛ̄ⲥⲉⲧⲁⲗⲉ ⲁⲡⲁ ⲕⲟⲗⲗⲟⲩⲑⲟⲥ ⲉⲣⲟϥ. ⲛ̄ⲥⲉϩⲱⲱⲕⲉ ⲙ̄ⲙⲟϥ.

Versio.

Martyrium gloriosi Martyris Sancti Apae Coluthi, quod fortiter obivit die XXIV *mensis Pachon. Contigit vero anno* XXI *Diocletiani et Maximiniani Regum impiorum, qui Christianos persecuti sunt.*

Die XXI *mensis Pachon Sanctus Apa Colluthus praesens adducitur ad Arianum Praesidem sedentem in tribunali in urbe Escmun*(1)*. Porro Arianus Praeses Thebaidis ita Apam Colluthum affatus est: Vis ne ..... ut prudens sis. Quod si pro superbia et lege Christianorum pudor te detinuit, nunc bonus pudor te etiam invadat, ut colas Deos Reges.*

Respondit Sanctus Apa Colluthus: Perpetuo absit a me, ut Deum meum deseram, atque idolis serviam, quae sunt opera manuum hominum. Habent oculos, quin videant; habent aures, neque tamen audiunt; os habent, et non loquuntur; illis est nasus, at non odorantur;

---

(1) Graecis dicta Hermopolis Magna.

sunt manus, quae non contrectant; pedes habent, et non ambulant; nullum edunt sonum gutture suo; nullus enim spiritus illis inest; similes iis sunt, qui ea edolarunt, et omnibus qui in ipsis confidunt. Tui enim, tuorumque impiorum Regum sensus omnes animorum vestrorum obturavit Diabolus, ut ea colatis.

Quare Arianus ira commotus iussit milites exponere coram Sancto Apa Collutho instrumenta omnia, quibus homines excruciari solent, si forte posset prae eorum terriculamentis eum persuadere, ut idolis sacrificet. In medium igitur adduxerunt ignem, et magnum lapidem quem Beati Viri collo appenderent, nec non utrem arena plenum, tum cassidem (1), *ac reliqua tormentorum instrumenta. Hisce autem omnibus coram ipso expositis, Praeses ita eum allocutus est: Time, Coluthe, haec tormenta omnia ob oculos tuos posita, ac sacrifica; haec omnia supplicia atque hi dolores manent eos, qui Regum iussa facere detrectant.*

Cui ita respondit Apa Colluthus: Scriptum est, nolite timere eos, qui corpus vestrum morti dabunt, animas vero vestras interficere nequeunt; timete eum, qui potest perdere animam vestram, vestrum corpus in (2) . . . . *Qui confitebitur me coram hominibus confitebor etiam ego eum coram patre meo, qui in coelis est, eiusque angelis sanctis; vicissim qui negabit me coram hominibus, negabo etiam ego eum coram patre meo, qui in coelis est, eiusque angelis sanctis* (3).

Respondens vero Arianus dixit Apae Colutho: Haud te accersivi, ut multa verba diceres; si audeas iterum

(1) ⲔⲀⲤⲒⲤ, anne χάσις, quam vocem Hesychii Adnotatores ad v. χορδύλη et περικεφαλαία interpretantur *Cassis*? Sane legimus galeam, seu cassidem ignitam capitibus Martyrum impositam fuisse.

(2) Matth. x. 28.

(3) Ibid. x. 32.

loqui coram me iubebo tuam linguam evelli . . . omnes enim qui . . . in hoc loco . . . .

(Cui ita reposuit) Apa Coluthus : Gloria mea et corona mea Dominus est. Nam scriptum est : Nostra civitas in coelis est , unde expectamus salvatorem nostrum Dominum Iesum , qui immutabit corpus humilitatis nostrae in similitudinem corporis gloriae suae (1) , *ut oculi nostri lumen accipiant.*

Reponens Arianus dixit: Es ne diaconus, aut presbyter? hos enim sermones expromis. Dic mihi quaenam sit ars tua.

Respondit Apa Coluthus : In hoc mundo equidem sum medicus ab adolescentia mea . . . Deus . . . . mihi . . . . . servire . . . . . Deus. Ego Christianus servio Iesu Christo Domino meo.

Dixit ei Arianus : Sacrifica Colluthe , ac tui ipsius miserere. Omnes te videant bene addictum bonis institutis. Tu enim nihil dedisti Rhetoribus (2) *qui adstant, ut pro te decertent. Hi vero omnes idem sentiunt* (3), *haud eorum gratiam invenies , ut pro te loquantur.*

Respondit Apa Coluthus : Equidem non iis indigeo; mihi enim adest Dominus meus Iesus Christus pro me decertans. Omnia tua tormenta coram exposita nihili habeo. Supplicia enim omnia . . . . . . athleta coronam non accipit , nisi strenue pugnet.

Confestim Praeses iussit Sanctum Ermetario (4) *suspendi, radendo dilacerari , atque aculeos ei admoveri. Cum vero*

---

(1) Philipp. III. 20.

(2) Scilicet patronis causarum.

(3) Compara ϩⲓ ⲡⲉⲧⲉⲣⲏⲧ in textu Thebaico *Act. Apost.* II. 1.

(4) Perperam Georgius pag. LXIII graecum ερμηταριον *caldarium* reddit. Recte Ignatius Rossi *Etymolog. Aegyptiacae* pag. 198 interpretatur *lignum ex quo rei flagellandi aut aliis modis cruciandi suspendebantur.*

Ermetario appenderetur, statim se crucis signo munivit Sanctus Apa Coluthus; eversum est Ermetarium, ac bifariam divisum.

magra
(C)

Dixit autem Arianus: Videte ne Apa Christianorum dicat cuiusmodi illud erat. Porro iussit Praeses aliud Ermetarium adduci, eique appendi Apam Colluthum ... radendo dilacerari ....

ADDITAMENTA

AD MEUM LEXICON LINGUAE COPTICAE

Cuius citantur paginae, columnae, et lineae.

Pag. 2. col. 1. lin. 30. *Ita refinge articulum* = ⲀⲂⲰ *T. M.* τ. σαγήνη Sagena, Rete piscatorium *Isài.* xix. 8. *Abbac.* i. 15. *Màtth.* xiii. 47. *Z.* 521. 592.

Pag. 2. col. 2. lin. 12. *Adde* = ⲉⲧⲟ ⲛ̄ⲁⲧⲏⲧ ⲁⲧⲏⲧ *Màrc.* vi. 39. 40 *respondet graecis* συμπόσια συμπόσια, *itemque* πρασιαὶ πρασιαί. *Est igitur* ⲁⲧⲏⲧ Coetus hominum cohabitantium, *vel* simul manducantium.

Pag. 2. col. 2. lin. 33. *Adde* = *Scribitur etiam* ⲁⲃⲁϭⲁⲉⲓⲛ *Apòc.* iv. 6.

Pag. 3. col. 1. lin. 13. *Adde* = ⲀⲐⲒⲰⲞⲨ *vide* ⲉⲓⲱ Lavare.

Pag. 4. col. 2. lin. 24. *Adde* = ⲁⲗⲓⲗ T. π. μυγάλη Mus araneus *Levìt.* xi. 30.

Pag. 6. col. 1. lin. 18. *Adde* = κάτοχος Retinaculum *Iona.* ii. 7.

Pag. 7. col. 2. lin. 5. *Adde* = Locus qui possidetur, Possessio *Gèn.* xlviii. 4.

Pag. 8. col. 1. lin. 16. *Adde* = ϩⲉⲛⲁⲛϣⲟ *T.* Chiliarchae *Dèut.* i. 15, ϩⲉⲛⲁⲛϣⲉ Centuriones *ibid.*, ϩⲉⲛⲁⲛⲧⲁⲓⲟⲩ Pentacontarchae *ib.*, ϩⲉⲛⲁⲛⲙⲏⲧ Decarchae *ib.*

Pag. 10. col. 2. lin. 17. *Adde* = ⲁⲣⲓⲣⲉ *T. idem quod* ⲁⲣⲓ *cum* ⲣⲉ *paragogico Màtth.* iii. 8. *Z.* 514.

Pag. 11. col. 2. lin. 10. *Adde* = ⲁⲣⲱϣ *T.* Frigus *Gèn.* viii. 22.

Pag. 12. col. 2. lin. 7. *Adde* = ⲁⲥⲓⲱⲟⲩ *M.* Levis esse *Abbac.* I. 8.

Pag. 12. col. 2. lin. 33. *Scribe* = ϪⲞⲤⲞⲨⲒ *M.* ϯ *atque adde Aggae.* I. 6.

Pag. 13. col. 1. lin. 36. *Adde* = ⲟⲩⲁⲧⲟ ⲛ̄ⲟⲩϩⲟⲟⲣ Multitudo canum *Psal.* XXI. 16.

Pag. 15. col. 2. lin. 23. *Adde* = ⲁϥ *est etiam masculinum, vide Exod.* VIII. 24. 29.

Pag. 16. col. 2. lin. 14. *Adde* = *Scribitur etiam* ⲁϩⲱⲱⲙⲉ Aquila *Lèvit.* XI. 13.

Pag. 19. col. 1. lin. 18. *Potestas* Nycticorax *certa est, nam legi* ⲛⲛⲩⲕⲧⲓⲕⲟⲣⲁⲝ ⲉⲧⲉ ⲡϧⲁï ⲡⲉ *Lèvit.* XI. 17.

Pag. 19. col. 2. lin. 33. *Adde* = ϧⲟⲩϧⲟⲩ ⲡ. Splendor, ⲡϧⲟⲩϧⲟⲩ ⲙ̄ⲡⲣⲏ splendor solis *Pap.* III.

Pag. 20. col. 1. lin. 17. *Adde* = ϧⲱⲕ ϩⲁ *T.* Demergi, ⲁ ⲡϫⲟⲓ ϧⲱⲕ ϩⲁⲣⲟⲓ navis demersa est sub me, Naufragium feci II. *Còr.* XI. 25.

Pag. 20. col. 2. lin. 6. *Adde* = ϧⲉϫⲏⲟⲩⲓ *M.* Mercedes *Agg.* I. 6. *Mich.* I. 7.

Pag. 21. col. 2. lin. 2. *Adde* = ⲁⲛⲣ̄ⲡⲉⲧⲛ̄ϧⲟⲗ dereliquimus vos I. *Thèss.* II. 17.

Pag. 24. col. 2. lin. 39. *Adde* = ϧⲉⲣϧⲱⲣ ⲉϧⲟⲗ *M.* ῥίπτειν Proiicere *Ioel.* I. 7.

Pag. 25. col. 2. lin. ult. *Adde* = ⲟⲩϩⲟⲙⲛⲧ ϧⲁⲣⲱⲧ *T.* χαλκὸς στίλβων Aes splendens *Ezèch.* XL. 3. *hinc videtur esse* ϧⲁⲣⲱⲧ species aeris.

Pag. 28. col. 1. lin. 14. *Revera* ϧⲁϣⲟⲩⲣ *est* πρίων Serra II. *Règ.* XII. 31.

Pag. 29. col. 1. lin. ult. *Adde* = ⲉⲣⲉϣ *M. cum* ϣ *paragogico idem valet ac* ⲉⲣⲉ. *Rara sunt exempla*, ⲁⲛ ⲉⲣⲉϣ ⲟⲩⲙⲁⲥ ⲙ̀ⲙⲟⲩⲓ ϯ si catulus leonis dabit *Amos* III. 4, ⲁⲛ ⲉⲣⲉϣ ⲟⲩⲕⲁⲕⲓⲁ ϣⲱⲡⲓ si malitia erit *ib.* 6, ⲁⲛ ⲉⲣⲉϣ ⲟⲩⲥⲁⲗⲡⲓⲅⲅⲟⲥ ⲙⲟⲩϯ si tuba clanget *ib.* 6.

Pag. 30. col. 2. lin. 13. *Adde* = ⲙⲁϩⲉⲓ ⲉϩⲟⲩⲛ *T.* εἴσοδος Introitus *Pròv.* viii. 34.

Pag. 30. col. 2. lin. 27. *Adde* = ⲈⲒⲀ *pro* ⲉⲓⲁⲩ intuitus. *Hinc* ⲙⲡⲧⲉⲓⲁ, *vel* ⲙⲡⲧⲓⲁ intuitus, ⲟⲩⲙⲡⲧⲉⲓⲁ (*ita duo Codices Borgiani*, ⲙⲡⲧⲓⲁ *alius item Borgianus*) ⲛⲃⲁⲩⲟⲩⲟⲛ ὀφθαλμοδουλεία intuitus servorum *Èph.* vi. 6.

Pag. 31. col. 1. lin. 13. *Adde* = ⲈⲒⲰ *T.* ληνὸς Torcular *Pròv.* iii. 10.

Pag. 31. col. 2. lin. 12. *Adde* = ⲁⲉⲓⲱⲟⲩ *M.* Non lotus, ῥυπαρὸς Sordidus, Immundus *Zach.* iii. 3. 4.

Pag. 32. col. 1. lin. 10. *Adde* = ⲕⲁ ⲉⲟⲩⲱ *T.* ἀναθεματίζειν Contendere pignore posito, Affirmare iureiurando *Màrc.* xiv. 71. = *Item* = ϫⲓⲉⲟⲩⲱ ⲟⲩ συνάλλαγμα Contractus in quo pignus accipitur *Isài.* lviii. 6.

Pag. 32. col. 1. lin. 14. *Adde* = *Scribitur etiam* ⲉⲓⲉⲓϭ *T.* Ungula *Lèvit.* xi. 4. 26.

Pag. 34. col. 1. lin. 33. *Adde* = ⲉⲗϣⲱⲟⲩ *M.* σταφὶς Uva passa *Hos.* iii. 1. *sed vereor ne sit erratum pro* ⲉⲗⲉⲗϣⲱⲟⲩ.

Pag. 34. col. 1. lin. 37. *Adde* = ⲉⲗⲉⲗϩⲙⲙⲁ *T.* ὄμφαξ Uva acerba *Isài.* xviii. 5.

Pag. 34. col. 2. lin. 30. *Adde* = ⲉⲗϩⲉⲙ *M.* Mugire *Amòs* iii. 4. = *Item* = ⲉⲗϩⲏⲙ *T.* ⲡ. Rugitus *Ezèch.* xix. 7.

Pag. 38. col. 1. lin. 4. *Adde* = ⲈⲚⲄ *vide* ⲟⲩⲉⲛⲅ.

Pag. 39. col. 1. lin. 16. *Adde* = ⲓⲉⲡⲥⲁ *T.* II. *Règ.* xiii. 19. ⲧⲉϣⲧⲏⲛ ⲉⲧⲟ ⲛⲓⲉⲡⲥⲁ χιτὼν καρπωτὸς, *quae eadem verba in versu superiore reddiderat* ⲟⲩϣⲧⲏⲛ ⲉⲥⲟ ⲙⲙⲟⲩⲛⲅ ⲛϣⲏⲛ vestis arboribus facta, *quasi a* καρπὸς fructus arborum. *Quare* ⲓⲉⲡⲥⲁ *in genere vertendum est* Ornatissima.

Pag. 39. col. 1. lin. ult. *Adde* = ⲉⲣⲉⲓⲟⲡⲉ *T.* Nere *Màtth.* vi. 29.

Pag. 39. col. 2. lin. 3. *Adde* = ⲉⲓⲉⲛϣⲱⲧ *T.* ⲧ. Negotiatio, Mercatura *Ezèch.* xxvii. 13. 15. xxviii. 16. *Màtth.* xxii. 5.

Pag. 39. col. 2. lin. 19. *Adde* = *Scribitur etiam* ⲡⲣⲁ vanus, ⲉⲧⲛⲁϩⲧⲉ ⲉϩⲛ̄ⲡⲣⲁ *πεποίϑασιν ἐπὶ ματαίοις Isài.* LIX. 4.

Pag. 40. col. 2. lin. ult. *Adde* = ⲁⲧⲉⲣϫⲓⲛⲓⲟⲣ *M.* Qui transfretari nequit *Amos* V. 24.

Pag. 41. col. 1. lin. 3. *Adde* = ⲈⲢϪⲨ ⲧⲟⲩ *M.* Manum adhibere, Propria manu conari aliquid facere, ⲉⲩⲉⲉⲣⲁⲩ ⲧⲟⲧⲟⲩ *παραβιῶνται* conabuntur *Amos* VI. 10, ⲁⲩⲉⲣⲁⲩ ⲧⲟⲧⲟⲩ *αὐϑαίρετοι* sponte nituntur, *seu* conantur II. *Cor.* VIII. 3. *Ubi* ⲧⲟⲩ *accipit suffix. recipr.*

Pag. 41. col. 1. lin. 32. *Adde* = ⲣ̄ⲃⲉ *T.* Caula ovium *Nùm.* XXXII. 16. 36.

Jud. 3. 16 Pag. 41. col. 1. lin. 37. *Adde* = ⲈⲢⲂⲦ *T.* ⲟⲩϣⲧⲏⲛ ⲛ̄ⲉⲣⲃⲧ *μανδύη* Paenula, Lacerna *species vestis* I. *Règ.* XVII. 38.

Pag. 42. col. 1. lin. 3. *Adde* = ⲣ̄ⲥⲟⲟⲩⲉ *T.* *ἐπαύλεις* Caulae ovium *Nùm.* XXXII. 24. 41. Lev. 25. 31, Josh. 15. 44 (c)

Pag. 42. col. 1. lin. 15. *Adde* = ⲣ̄ⲧⲱ *T.* ⲧⲉ *σπιϑαμὴ Isài.* XL. 12.

Pag. 44. col. 2. lin. 6. *Adde* = ⲁ ⲡⲁⲃⲁⲗ ⲙⲉϩⲉⲓⲁⲧϥ ⲛ̄ⲛⲁϫⲁϫⲉ *ἐν τοῖς ἐχϑροῖς μου ἐπεῖδεν ὁ ὀφϑαλμός μου* oculus meus inspexit cum contemtu inimicos meos *Psàl.* LIII, 7. ⲁⲛⲙⲉϩⲉⲓⲁⲧⲛ̄ ⲙ̄ⲙⲟϥ vidimus eum *Psàl.* XXXIV. 21.

Pag. 45. col. 1. lin. 5. *Adde* = ⲈⲦⲂⲈ *vide* ⲉⲑⲃⲉ.

Pag. 45. col. 1. lin. 8. *Adde* = ⲈⲦⲠ *vide* ⲱⲧⲡ.

Pag. 46. col. 1. lin. 33. *Adde* = ⲈϤⲦ *T.* Clavis figere *Psàl.* XXI. 16.

Pag. 46. col. 2. lin. 29. *Adde* = ⲈϨⲈ *εὖγε* Euge *Psàl.* XXXIV. 21.

Pag. 46. col. 2. lin. 30. *Adde* = ⲈⲒⲈϨ *vide* ⲉⲓⲱϩⲉ.

Pag. 47. col. 1. lin. 12. *Adde* = ⲉⲓⲉϩϣⲏⲛⲉ *T.* Campus arborum, Silva, *ἄλσος Dèut.* XII. 3. ⲉⲓⲉϩϣⲏⲛ *T. idem Dèut.* XVI. 21.

Pag. 47. col. 1. lin. 30. *Adde* = ⲉϩⲣⲉⲛ Per *post verba iurandi Sophon.* I. 5.

Pag. 51. col. 1. lin. ult. *Adde* = ϩⲗⲟ ⲉⲃⲟⲗ διϋλίζειν Percolare *Matth.* xxiii. 24. *Z.* 440. *not.* 14.

Pag. 60. col. 1. lin. 24. *Adde* = ⲉϥⲕⲓⲱⲟⲩ πίων Pinguis *Num.* xiii. 21.

Pag. 61. col. 1. lin. 26. *Adde* = ⲉⲧⲕⲁⲃⲟⲗ Evomens *Isai.* xix. 14.

Pag. 62. col. 2. lin. 17. *Adde* = ⲕⲉϥ *T.* πτύσσειν Plicare, Complicare *Luc.* iv. 20.

Pag. 62. col. 2. lin. 21. *Adde* = ϥⲧⲟⲩⲕⲱⲃ Quadruplum *Luc.* xix. 8.

Pag. 63. col. 2. lin. 15. *Adde* = ⲕⲱⲕ *T.* Decorticare *Gen.* xxx. 37. = *Item* = ⲕⲁⲕ *Idem cum suff. Gen.* xxx. 38.

Pag. 63. col. 2. lin. 19. *Adde* = ⲙⲁϩⲉ ⲛ̄ⲕⲱⲕ *T.* λίνον σχιστὸν Linum fissile quod decorticatur *Isai.* xix. 9.

Pag. 64. col. 2. lin. 27. *Adde* = ⲕⲉⲗⲉ *T.* μηροὶ Femora *Ezech.* xlvii. 4.

Pag. 65. col. 2. lin. ult. *Adde* = ⲔⲀⲎⲠⲦⲞⲚ *T.* χλιδὼν Armilla II. *Reg.* viii. 7. *Est ne graeca vox male mulcata?*

Pag. 66. col. 2. lin. 13. *Adde* = ⲕⲗⲍⲉ *T.* κλίτος Declivitas, Latus declive *Num.* xxxiv. 3.

Pag. 67. col. 2. lin. 11. *Adde* = ⲕⲟⲩⲟⲩⲛ *T.* Sinus, ⲕⲟⲩⲟⲩⲛⲧ Sinus meus *Iob.* xxiii. 12.

Pag. 67. col. 2. lin. 14. *Adde* = ⲕⲟⲩⲡⲧⲟⲩ *T.* Pudendum eorum *Ezech.* xxiii. 20.

Pag. 69. col. 1. lin. 24. *Adde* = ⲕⲩⲡⲏ κάμαρα *Isai.* xl. 22.

Pag. 69. col. 2. lin. 22. *Adde* = Galilaea, *sic enim Ezech.* xlvii. 8. ⲧⲅⲁⲗⲓⲗⲁⲓⲁ ⲉⲧⲉ ⲡⲉⲥⲣⲁⲛ ⲟⲛ ⲡⲉ ⲡⲉⲕⲣⲟ Galilaea quae etiam cognominatur ⲡⲉⲕⲣⲟ.

Pag. 70. col. 1. lin. 12. *Adde* = ⲕⲱⲱⲣⲉ *T.* ⲡ. Abscissio *Zach.* xii. 11.

Pag. 70. col. 1. lin. 36 *Adde* = ⲉϥⲕⲣ̄ⲙ̄ⲣⲱⲙ ἀμαυρὸς Niger *Levit.* xiii. 26, *et fem.* ⲉⲥⲕⲣ̄ⲙ̄ⲣⲱⲙ ἀμαυρὰ Nigra, Nigrescens *Levit.* xiii. 21.

Pag. 71. col. 1. lin. 34. *Adde* = ϵκκρολ *vide* ωηηϵκρολ.
Pag. 72. col. 1. lin. 17. *Adde* = κϵcϵ *T.* τ. ταφὴ Sepultura *Isài.* LIII. 9.
Pag. 72. col. 1. lin. 20. *Adde* = ρϵϥϵηκωωc *T.* *ab* ϵη adducere, *et* κωωc cadaver, *dicitur* Magus, Python, qui excitat atque adducit mortuos *Lèvit.* xx. 6, *ubi respondet graeco* ἐγγαστρίμυθος. *Tattamus in Lexico p.* 411 *habet* ρϵϥκωc ϩϵοτη Ventriloquus I. *Sam.* XXVIII. 9, *sed scriptura* ρϵϥϵηκωωc *magis probanda videtur.*
Pag. 72. col. 1. lin. 22. *Adde* = κλιcι *M.* ταφὴ Sepultura *Naum* I. 14.
Pag. 73. col. 1. lin. 25. *Adde* = ϵτκτητ ηcοϐτ (urbes) circumdatae muro *Dèut.* I. 28.
Pag. 74. col. 1. lin. 9. *Adde* = κοτϵ *T.* Cophinus, Corbis *Màtth.* XIV. 20.
Pag. 74. col. 2. lin. 13. *Adde* = ϵτκητ ηcοϐτ Aedificati muro, Murati *Dèut.* IX. 1.
Pag. 75. col. 1. lin. 10. *Adde* = ϭιcκιτϵ ηcλτϵϵρϵ ηϩλτ τέταρτον σίκλου ἀργυρίου I. *Règ.* IX. 8.
Pag. 75. col. 2. lin. 22. *Adde* = κωϣ συγκλασμὸς *Ioel.* 1. 7.
Pag. 75. col. 2. lin. 27. *Adde* = κλλϥ στέλεχος *Nùm.* XXXIII. 9, *et* κλϥ ηϐηηϵ στελέχη φοινίκων *Exòd.* XV. 27.
Pag. 75. col. 2. lin. 28. *Adde* = κϵϥ *vide* κωϐ.
Pag. 76. col. 1. lin. 7. *Adde* = ϯκλϩ *M.* κονδυλίζειν Percutere *Amos* II. 7. V. 11.
Pag. 76. col. 1. lin. 27. *Adde* = ϵτκϵϩκωϩ *T.* λελαξευμένος Excisus *Dèut.* VI. 27. IV. 49.
Pag. 78. col. 1. lin. 19. *Adde* = ηϒλο ϻπϵιϻλ *T.* Abi hinc *Lùc.* XIII. 31. λο ηοϒηϩ *T.* ἀφίστασθαι Recedere *Isài.* LIX. 13.
Pag. 79. col. 1. lin. ult. *Adde* = λοκ *T.* π. κοτύλη *Lèvit.* XIV. 10. 12. 15.
Pag. 80. col. 2. lin. 3. *Adde* = λωϫ δάκνειν Mordere *Nùm.* XXI. 6. 8.

Pag. 81. col. 1. lin. 29. *Adde* = пеж λоϒλаı еϐоλ ὀλολύζειν Ululare *Ezèch.* xxi. 12. *Hòs.* vii. 14.

Pag. 82. col. 1. lin. 15. *Adde* = λωωмε *T.* Consumi, Teri, мпε тεсϣтнп λωωмε епεϩ numquam eius vestis detrita fuit *Cod. Borg.* 118.

Pag. 83. col. 1. lin. 18. *Adde* = λωс, *et* λωωс *T.* Contundi, Illidi *Màtth.* xxi. 44. *Lùc.* xx. 18.

Pag. 85. col. 1. lin. 13. *Adde* = λεжλωж *T.* μαλακίζειν *Isài.* liii. 5, *et* λожλεж *T.* μαλακίζεσθαι Languescere *Dàn.* viii. 27. *Iòb.* xxiv. 23.

Pag. 87. col. 2. lin. 8. *Adde* = тмаат птεкмаат Avia tua II. *Tìm.* i. 5.

Pag. 90. col. 2. lin. 31. *Adde* = моϒεıооϒε *T.* Aquae *Lèvit.* xi. 9.

Pag. 92. col. 2. lin. 15. *Adde* = ϐрεϩı Currus *Amos* ii. 13.

Pag. 95. col. 1. lin. 29. *Adde* = срмλаϩ εϐоλ Ordinare se in acie *Nùm.* i. 45, аϒсрмλаϩ παρετάσσοντο πολέμους *Psàl.* cxxxix. 2.

Pag. 95. col. 2. lin. 6. *Adde* = ѳаλасса ммλϩ Mare salsum *Nùm.* xxxiv. 3.

Pag. 105. col. 1. lin. ùlt. *Adde* = εϥморϣ ξανθίζων *Lèvit.* xiii. 30, ξανθὸς *ib.* 36.

Pag. 105. col. 2. lin. 3. *Pro* мрωϣт *M.* оϒ, *scribe* мрωϣт *M.* пı.

Pag. 108. col. 1. lin. 28. *Vox* моϒт *est etiam Thebana* Nervus *Gèn.* xxxii. 31. *Isài.* xlviii. 4.

Pag. 108. col. 2. lin. 20. *Adde* = мωıт мфωт *M.* Via fugiendi, Effugium *Abd.* 14.

Pag. 108. col. 2. lin. 30. *Adde* = жаϒмоεıт *T.* Duces viae *Màtth.* xxiii. 24.

Pag. 112. col. 1. lin. 30. маϣı Securis *scriptum pro* мажı *quod vide.*

Pag. 115. col. 2. lin. 24. = *Adde* = мϩаоϒ *T.* Sepulchrum *Màtth.* xxvii. 60.

Pag. 115. col. 2. lin. 36. *Adde* = ⲰⲀⲂⲈ *T.* ⲡ. Linum *Isài.* xix. 9. *Herodotus* ii. 79. *perhibet Aegyptiis fuisse* Lini *speciem dictam* μανέρως.

Pag. 117. col. 1. lin. 2. *Adde* = ⲰⲈⲬⲦⲰⲀ *T.* Magdolus *urbs Aegypti Ezèch.* xxix. 10. xxx. 6.

Pag. 118. col. 1. lin. 38. *Adde* = ⲚⲀ *T. Particula affirmativa* ναὶ Utique, Sane, Profecto, ⲛⲁ ⲛ̄ⲁⲛⲟⲛ ⲁⲛ ⲡⲉ sane non sumus nos *Lùc.* viii. 45. *Haec particula format voces* ⲛⲁⲙⲉ, ⲛⲁϣⲉ, ⲛⲁⲛⲉ, ⲛⲁïⲁⲧ, *vide meam Grammaticam p.* 28.

Pag. 121. col. 1. lin. 35. *Adde* = ⲛⲟⲩ *T.* ⲡ. Hora, ⲡⲛⲟⲩ ⲛ̄ϣⲱⲣⲡ ὄρθρος Diluculum *Iòel.* ii. 2.

Pag. 122. col. 1. lin. 21. *Adde* = ϩⲁⲙⲛⲟⲩⲃ *T.* Aurifex *Isài.* xl. 19.

Pag. 125. col. 1. lin. 27. *Adde* = ⲛⲁⲛⲟⲩⲥ Bonum fuisset, Utinam, ⲛⲁⲛⲟⲩⲥ ⲉⲁⲛⲙⲟⲩ Utinam mortui fuissemus *Exòd.* xvi. 3.

Pag. 126. col. 1. lin. 14. *Repone* = ⲚⲞⲨⲢⲈ *T.* ⲧ. γὺψ Vultur *Lèvit.* xi. 14. *Dèut.* xiv. 13.

Pag. 126. col. 1. lin. 19. *Adde* = ⲛⲁⲧ ⲛ̄ϩⲁⲗⲗⲟⲩⲥ *T.* ἱστὸς ἀράχνης Tela araneae *Isài.* lix. 5. Tela *ib.* 6.

Pag. 128. col. 2. lin. 30. ⲛⲟⲩϣⲡ *notat etiam* ἐπιτιμᾷν Obiurgare, Increpare *Màrc.* x. 48.

Pag. 128. col. 2. lin. ult. *Adde* = ⲉⲥⲛⲟϣⲡ *M.*παροιστρῶσα Oestro concitata *Hos.* iv. 16.

Pag. 130. col. 1. lin. 24. *Adde* = ⲧⲛⲟϥⲣⲉ ⲧⲉ ⲉⲛⲉ ⲛ̄ⲧⲁⲛⲙⲟⲩ *T.* ὄφελον ἀπεθάνομεν Utilitas erat si mortui fuissemus, Utinam mortui fuissemus *Nùm.* xx. 3.

Pag. 130. col. 2. lin. 31. *Adde* = ⲉⲧⲡⲏϩ *T.* ἀφωρισμένος Separatus, Segregatus II. *Règ.* viii. 1.

Pag. 130. col. 2. lin. 36. *Codex Borgianus Lùc.* vi. 38. *legit* ⲉϥⲛⲉϩⲛⲟⲩϩ.

Pag. 131. col. 2. lin. 30. *Adde* = ϩ̄ⲃ̄ⲥⲛⲁϩ̄ⲃ̄ *T.* ⲡ. Quod humerum tegit, Superhumerale *Exòd.* xxix. 5.

Pag. 133. col. 2. lin. 25. *Adde* = ⲡⲟⲩϫⲉ ⲉⲃⲟⲗ ⲡ. διεκβολὴ Diverticulum *Ièr*. XII. 12.

Pag. 136. col. 2. lin. 20. *Adde* = ϫⲁⲧⲟⲩⲁ *T*. Blasphemus I. *Tìm*. I. 13.

Pag. 137. col. 1. lin. 17. *Adde* = ⲟⲩⲉ ⲉⲃⲟⲗ ἀφίστασθαι Rebellis esse *Ezèch*. XX. 38.

Pag. 138. col. 1. lin. 17. *Adde* = ⲟⲩⲉⲉⲓⲏ *T*. Agricola *Màrc*. XII. 2.

Pag. 138. col. 2. lin. 27. *Adde* = ϯⲙⲛ... ⲟⲩⲁⲓ *B*. Accedere, ⲙⲁⲣⲉⲛϯⲙⲛⲉⲛⲟⲩⲁⲓ Accedamus *Z*. 164.

Pag. 139. col. 2. lin. 25. *Adde* = ⲣⲉϥϫⲓⲟⲩⲱ *T*. σκοπὸς Speculator, qui visa nunciat II. *Règ*. XIII. 34.

Pag. 142. col. 1. lin. 17. *Adde* = ⲉⲥⲟⲗⲕ συγκύπτουσα Incurvata *Lùc*. XIII. 11.

Pag. 142. col. 2. lin. 36. *Adde* = ⲃⲁⲓⲟⲩⲱⲙ *T*. ⲡ. Dapifer II. *Règ*. XI. 8.

Pag. 143. col. 2. lin. 30. *Adde* = ϣⲱⲡⲉ ⲉⲕⲟⲩⲱⲙⲉ ⲙ̄ⲙⲟⲕ ⲙ̄ⲛ ἴσθι εὐνοῶν τῷ *Màtth*. V. 25.

Pag. 147. col. 2. lin. 4. *Adde* = ⲟⲩⲡⲣⲟ ⲉⲃⲟⲗ *T*. Eiulare *Màrc*. V. 38. *ab* ⲟⲩⲱⲛ *et* ⲣⲟ aperire os.

Pag. 147. col. 2. lin. 22. *Adde* = ⲟⲩⲡⲉ Idem, ⲡⲟⲩⲡⲉ ϣⲟⲙⲛ̄ⲧ Tertia pars II. *Règ*. XVIII. 2. *Zàch*. XIII. 8. *Adde* = ⲟⲩⲉⲡ Idem, ⲡⲟⲩⲉⲡ ⲛ̄ϯⲟⲩ Quinta pars *Lèvit*. XXVII. 19. 27.

Pag. 147. col. 2. lin. 25. *Adde* = *Item* ⲛ *praeponitur numero*, ⲡⲟⲩⲛ̄ ⲛ̄ϥⲧⲟⲟⲩ quarta pars *Ezèch*. V. 2, ⲡⲟⲩⲛ̄ ⲛ̄ϣⲟⲙⲛ̄ⲧ tertia pars *Zàch*. XIII. 9.

Pag. 148. col. 1. lin. 26. *Adde* = ⲣⲚⲄ *vide* ⲟⲛⲕ.

Pag. 148. col. 1. lin. 26. *Adde* = ⲞⲨⲈⲚⲄ *T*. κονύζα Cunilago *herbae species* *Isài*. LV. 12. *Syllaba* ⲟⲩ *est ne radicalis, an articulus?*

Pag. 148. col. 1. lin. 27. *Adde* = ⲁϥⲟⲛⲅϥ ⲉϩⲣⲁⲓ ἀνεπήδησε Exiliit, assurexit I. *Règ*. XXV. 9, ϣⲁⲓⲟⲛⲅ̄ⲧ ἐξεπορευόμην I. *Règ*. XVII. 35 *semper cum suff. reciproco.*

Pag. 148. col. 2. lin. 31. *In loco Geneseos* VI. 14 *unus ex Borgianis codicibus Thebaicis legit* ⲉⲕⲉⲧⲁⲙⲓⲟⲥ ⲇⲉ ⲛ̄ⲟⲩⲛⲧ ⲟⲩⲛⲧ.

Pag. 148. col. 2. lin. ult. *Adde* = ⲟⲛϣ ⲉϩⲟⲩⲛ *cum suff. reciproco* παρεισδύνειν Irrepere, Subire, Insinuare se, ⲁ ϩⲉⲛⲣⲱⲙⲉ ⲟⲛϣⲟⲩ ⲉϩⲟⲩⲛ *Iùdas* 4, ⲁⲥⲟⲛϣ̄ⲥ ⲉϩⲟⲩⲛ irrepsit in turbam *mulier Màrc.* V. 27.

Pag. 150. col. 1. lin. 34. *Dele vocem* ⲟⲩⲟⲓⲡⲉ, *ac repone* = ⲟⲓⲡⲉ *T.* Metrum, Mensura, *plur.* ϩⲉⲛⲟⲓⲡⲉ *Lèvit.* XIX. 35; *quare in* ⲟⲩⲟⲓⲡⲉ *syllaba* ⲟⲩ *est articulus indefinitus.*

Pag. 150. col. 2. lin. 3. *Adde* = ⲟⲡⲥ *T.* Languescere, ⲙ̄ⲡⲣ̄ⲟⲡ̄ⲥ μαλακίσθητι Languesce II. *Règ.* XIII. 5.

Pag. 151. col. 2. lin. 18. *Adde* = ⲟⲩⲣⲁⲥ *T.* σκυτάλη Scipio, Baculus rotundus II. *Règ.* III. 29. *in codice Borgiano, et in cod. Paris.*44.*fol.* 109.

Pag. 152. col. 1. lin. 10. *Adde* = ⲟⲩⲏⲣϣⲉ *T.* Custodia, Vigilia *Lùc.* II. 8.

Pag. 152. col. 2. lin. 23. *Adde* = ⲟⲉⲕⲟⲩⲟⲥⲣ̄ *T.* Remigare *Ezèch.* XXVII. 27. *Distincte etiam scribitur* ⲥⲱⲕ ⲛ̄ⲟⲩⲟⲥⲣ̄ κωπηλατεῖν Remigare *ib.* 29.

Pag. 153. col. 1. lin. 8. = *Adde* = ⲟⲧ *T.* Ligare, ⲉⲣⲉ ⲛⲉⲩⲥⲁⲛⲧⲁⲗⲓⲟⲛ ⲟⲧ ⲉⲣⲁⲧⲟⲩ ὑποδεδεμένοι σανδάλια sunt sandala ligata eorum pedibus *Màrc.* VI. 9. *Confer Memph.* ⲱⲧϩ ligare.

Pag. 154. col. 1. lin. 3. *Voces* ⲉⲣⲟⲩⲟⲧ Promto animo esse, ϯⲉⲣⲟⲩⲱⲧ, ⲣ̄ⲟⲟⲩⲧ, ⲣⲱⲟⲩⲧ, ⲣⲱⲟⲩⲧϥ, ⲉⲧⲣⲟⲟⲩⲧ, ⲉϥⲣⲟⲟⲩⲧ *ablegandae sunt a radice* ⲟⲩⲱⲧ Viridis; *atque omnino constituenda est radix Thebana* ⲣ̄ⲟⲟⲩⲧ Alacris esse, *a qua oriantur derivata mox recensita. Etenim Sophon.* III. 14. *occurrit imperativum* ⲉⲣⲟⲩⲟⲧ κατατέρπου, *ergo syllaba* ⲉⲣ *est radicalis; nam si esset ab* ⲉⲣ facere, *imperativum foret* ⲁⲣⲓⲟⲩⲟⲧ, *vide meam Grammaticam p.* 119.

Pag. 155. col. 1. lin. 19. *Adde* = ⲡⲡⲕⲁ ⲛ̄ⲟⲩⲱⲧⲃ̄ *T.* Subula *Dèut.* xv. 17.

Pag. 155. col. 2. lin. 10. *Cum in* ⲟⲩⲁⲧⲃⲓ *vocalis* ⲓ *sit suffixum sec. pers. fem. scribe* ⲟⲩⲁⲧⲃ ⲉⲃⲟⲗ.

Pag. 156. col. 1. lin. 28. *Adde* = ⲙⲉⲧⲁⲧⲟⲩⲧⲁϩ *M.* †. ἀφορία Sterilitas fructuum *Aggae.* II. 18.

